
ANNALES ORATORII

PIETATIS ACADEMICI

219.

N. Inv. 219.



ANNALES ORATORY PIETATIS ACADEMICI APUD PP. CARMELITAS DISCALCEATOS CONVENTUS SS. MICHAELIS ET IOSEPH CRAC: ERECTI, ANNO D. M.DC. XXXI. DIE XIII IULII.

M. Luc. Piotrowski C. N.

ANNO DOMINI

J. 6. 3. J. Die 10. Maij.

Admodum Reuerendus & Excellentissimus Dnus Mgr. BARTOLOMEVS GRZYBOWSKI, Philosophiæ Doctor, Collega Maior, Regius Professor, Canonicus Sanctæ ANNÆ, tempore quo Capitulum Prouinciale, ab Admodum Rndis Patribus Carmelitis Discalceatis Lublini celebrabatur, præsentauit Patribus Capitularibus litteras, Adm. Rndi. ac Magnifici Domini ADAMI OPATOVII, S. Theologiæ Doctoris, et Professoris, Scholarum Nowodworscianarum, et Contubernÿ Jagelloniani Prouisoris, Decani S. Annæ, Rectoris Almæ Vniuersitatis Cracouiensis, in quibus supplicauit Patribus gremialibus Capituli, vt ad participationem meritorum Vniuersitatem reciperent, et Dominis Studiosis eiusdem Academiæ Cracouien. in Oratorio ad hoc destinato, Exercitia Spiritualia præscriberent, eosq. in pietate erudirent; asserens, Congregationem Dominorum Studiosorum, quæ apud Adm. Rdos Patres Dominicanos ad ædem Sanctissimæ Trinitatis, per septem annos ad experimentum assignatos celebrabatur, ysdem expirantibus, iam ab vno ferè anno, ipsis volentibus et concurrentibus fuisse dissolutam; et alibi, si Patres Capitulares petitioni prædictæ annuere noluissent, fore erigendam.

Descriptio Institutionis Oratorÿ Pietatis apud RR. Patres Carmelitas Discalceatos.

Tenor autem Epistolæ ad Capitulum Prouinciale, ab Adm. R. et Magnici Domino Rectore prædictæ Vniuersitatis Cracouiensis directæ, de verbo ad verbum talis erat.

Admodum R^ndi in Christo, et Religiosi Patres, Domini et amici plurimum obseruandi.

Nisi nobis vestra in nos beneuolentia multis argumentis effuse testata perspecta fuisset, nunquam animum adyceremus, vt vos in hoc sacro Conuentu congregatos, & sanctissimi Ordinis vestri deliberationibus intentos interpellare auderemus. Sed si quid intempestiuum est, a vestra charitate, qua in omnium salutem propendetis, profectum iudicate. Duo enim sunt, quæ maxime in Vestra Religione suspicimus: Vitæ innocentia, ad normam Veteris disciplinæ Monasticæ reuocata; et studium indefessum, in cognitione Diuinorum mysteriorum occupatum: quorum vno salutem propriam, altero proximorum inquiritis. Sint hæc utinam vobis et Vestræ Religioni integra et illibata, in omne ita uouemus æuum: nec ullo unquam astu veteratoris diminuta, sed in dies multiplici fructu virtutum, et lucris animarum aucta. Sed quò hæc amplioribus utraquespatiis prouecta latiùs se effundant, postulandum obnixè ab Adm. R. P. V. duximus, ut in Sanctitatis Vestræ gremium, et meritorum societatem, more aliarum Academiarum recipi possimus, et ut Iuuentus nostra in Ecclesia D. Michaeli dicata, locum aliquem pro Exercitiis pietatis, beneuolentia Vestra inueniat. Cuius quidem gratiæ magna olim præmia in illa retributione, quam expectamus recipietis, dum Vestra innocentia nobis, sæcularibus negotiis impeditis, ysdem tamen studiis Diuinis uobiscum deditis, Deum placabilem reddetis, vestroque exemplo, dum ad pietatem ardentius promouendam accendetis, nostramque iuuentutem, dum in timore Dei et in mandatorum eius custodia erudietis. Nos uerò hoc tanto beneficio nouo, quo nobis nullum gratius accidere potest deuincti, contendemus, ut nos gratos ac memores Adm. R. P. V. quouis officiorum nostrorum genere, exhibeamus. Quorum orationibus deuotissimis etiam atque etiam nos diligentissimè comendamus: Deum orantes, vt ea omnia, quorum causa congregati estis, ad eius quanto maximam gloriam, ac Religionis Vestræ sempiterna incrementa cedant. Cracouiæ ex Collegio Maiori II. Maii. A. D. 1631.

Adm. R. P. V. Add.

Adamus Opatouius
Rector Vniuersit. Crac.

Lectâ hac Epistola, initum est consilium ab Adm. Rndis Pribus, et disputatum; an hæc postulatio, Regulæ vel Constitutionibus præiudicaret: et vnanimiter decisum, in nullo puncto instituto nostro contraire. Vnde Patres, quia vix credibilem semper affectum et amorem Academiæ Cracouiensis in omnibus occasionibus experti sunt: maximè cum illis cura incumbat, fini secundario, nimirum saluti proximorum inuigilare; quem optime in iuuentute ad virtutem, sedulò promouenda collocarent, vt illa a prima ætate pietati assuesceret: libenter uotis eiusmodi annuerunt: cum præsertim assecurati fuissent, quod Adm Rndi Pres Dominicani hanc mutationem non molestè erant laturi, imo (vt certo asserebatur) gratissimo animo acceptaturi, ob aliquas rationes Pribus Capitularibus propositas. Vrgebat quoque Patres ad satisfaciendum postulatis eiusmodi, quod frequentissima iuuentus Academica ad Ecclesiam ipsorum diebus festis pro confessionibus antea conflueret, absq eo quod Oratorium erigeretur: quæ facilius in officio continetur, vti experientia ipsa constat, si in vnum aliquem locum congregatur, quàm si huc illuc per conuentum quærendo Confessarios discurrat, et domum turbet. Nec minus illud occurrebat, quod vocationes ad Religionem inde facillime promoueri, bonum nomen Religionis conseruari, augeri et successoribus relinqui posset; maximè cum præcipuus flos nobilissimæ iuuentutis Polonicæ ad Academiam Cracouiensem studiorum causa dirigatur, quæ succrescente ætate, spiritum Carmeliticum egregiè contra acerrimos propugnatores defendere, et Religioni in omnibus occasionibus patrocinari queat. Deliberabant Pres nostri, an priusquam introductio facienda esset, cum Admm Rndis Pribus Dominicanis tractandum esset negotium et illorum voluntas exquirenda, ne amicitiæ pristinæ iura, quæ nobis cum hac augustissima Religione semper intima intercedebant, aliquando tepescerent. Sed tandem matura consultatione præhabita, conclusum est aliquot septimanis expectandum fuisse, si reclamarent; eo quod iam ista res esset publicata.

IIS non comparentibus, Introductio solennis facta est die 13 Iulii Anni prædicti, nullo se opponente, et in Patrem Oratorii designatus est ab Adm. Rndo P. F. Stephano à S. TERESSIA,

Introductio Oratorij Pietatis ad ædes SS. Michaëlis et Joseph.

Prouinciali Poloniæ. Rndus P. F. Iacobus à SSma Trinitate.

Post aliquot peractas hebdomadas, cum frequens ad Oratorium P.P. Carmelitarum Discalceatorum confluerer iuuentus Academica, Adm. Rndi P.P. Dominicani, moleste (ut uidebatur) ferre cæperunt.

Sed tandem, cum illis sufficientissime tota series negotii, ab Adm. Rndo P. F. Gregorio a S. Ioanne Euangelista, Priore Conuentus Cracouienes set exposita et regressus uideretur impossibilis; tot rationibus stimulati acquiescere et hanc mutationem in DD. Academicos refundere debuerunt:

Pleraq. aliæ difficultates et contradictiones obortæ erant; sed facillime sunt sopitæ.

Difficile dictu est, qualia et quanta hæc Congregatio breui incrementa sumpserit; tum ob Sacramentorum usum continuum, tum ob modestiam et morum mutationem usq. ad stuporem; atq. adeo propter frequentiam, non solum D.D. Studiosorum, sed etiam Excellmorum DD. Professorum, et aliorum clarissimorum Virorum: qui Exhortationibus, et aliis Exercitiis Spiritualibus, cum magno feruore interesse cæperunt. Quæ omnia Almæ Vniuersitatis Cracouien. bonum et existimationem, contra aduersarios, nullam esse in Academia pietatem spargentes, mirifice promouerunt.

Plures olim insolentiæ Cracouiæ excitabantur, et tumultus cum tot cædibus studiosorum grassabantur: quæ omnia conquieuerunt.

Consortium Spirituale

Hæc eadem deuotio continuo crescebat, cum aliquot Schismaticorum et Hæreticorum conuersionibus. Quâ uisâ, Pres Consortium Spirituale, à felicis recordationis Papa Gregorio XV approbatum, propter DD. Studiosos imprimi fecerunt et eis commendare cum magno fructu cæperunt.

Electio Prima DD. Officialiu.

Redacta est postea in ordinem, Oratorii huius Academici Congregatio. Ac proinde die 23 Nouembr. facta est DD. Officialium electio: quæ sicut et aliæ sequentes, in alio libro ad id designato annotatur. Porro prædictis DD. Officialibus, peculiares Instructiones, et communes omnibus DD. Studiosis, in hac forma sunt præscriptæ, à Rdo Pre Oratory.

INSTRVCTIONES D.D. OFFICIALIVM, IN ACADEMICO PIETATIS ORATORIO, APVD P.P. CARMELITAS DISCALC.: SINGVLIS DIEBVS DNICIS ET FESTIS CELEBRARI SOLITO, OBSERVARI SOLITAE.

Promotores.

Promotorum officium est, diligenter tueri et augere bonum Spirituale, tam Vniversale quam Particulare totius Oratorij, quoties ad ipsos recursus habebitur.

Præsidens. Vicarius.

Præsidens dabit Patri Oratorii consilium in omnibus quæ ad exactum regimen et profectum Spiritualem pertinent, etiam non rogatus; illumq; in omnibus adiuuabit, et in absentia illius, uices eiusdem geret. Sedulò quoq; inuigilabit, ut Officiales omnes faciant benè et rem pestiuè suum Officium: et si forte recenter electi deesent, aut munere suo fungi nollent, aut non possent; alios unà cum Patre et Vicario in locum ipsorum substituet, vnumquemq; sui Officii commonefaciet, confusionibus obuiabit, discolos compescet; studebitq; ut cum omni modestia, silentio, et grauitate, omnes in Oratorio maneant.

Hæc omnia supplebit Vicarius in absentia Præsidentis: imo etiam in præsentia ipsius pari cum ipso facultate ad nutum ipsius gaudebit. Quod si isti absfuerint, cæteri Officiales, qui deinceps subsequuntur, eodem fungentur officio; non tamen hoc munus in præsentia Præsidentis et Vicarij sibi arrogare præsument.

Secretarius.

Secretarius curabit, nomina omnium Studiosorum, Officialium, Benefactorum, Instructiones, et alia quæ digna erunt memoria, quando et quoties ipsi insinuabuntur, siue per se, siue per suum Vicesecretarium conscribi.

Consiliarii.

Consiliarii, quoties requisiti fuerint circa Oratorium promouendum, sententiam suam dicent: quorum Officia medio anno durabunt; eoq; exacto, a D.D. Promotoribus, Præsidente, Vicario, Thesaurario, et ab iisdem Consiliariis, ex omnibus Oratorium frequentantibus, noui Officiales eligentur, iuxta modum, quem ipsis Pater, unà cum tribus antiquioribus præscribet.

Pacificatores.

Pacificatorum munus erit curare, ut inter Studiosos Oratorii pax mutua foueatur, et prima discordiarum origo statim amputetur. Quòd si aliquod contingens emerserit, curabunt, vt non ad subsellia Iudicum nocentes trahantur, sed mediatores et arbitri ab vtraq; parte quærantur, qui omnia priuatim mox componant.

Visitatores Infirmorũ.

Visitatores Infirmorum inquirent, an aliqui malè valeant; eosq; frequenter, secundum quod Christiana Charitas suggesserit solabuntur. Id autem diligentiùs præstabunt, si morbus fuerit periculosior; Patremq; admonebunt, vt de Spirituali ipsorum remedio exactam curam gerat. Quòd si pauperes fuerint, curabunt aduocari Medicum, et Curatoribus insinuabunt, vt pro ipsis Eleemosinam.

petant; quibus hac in parte modus à Patre præscribetur; posteaq; referent in Oratorio statum illorum et necessitatem, ut à Patre procuretur fieri Oratio.

LECTORES.

Lectores mane hora dimidia ante Sacrum inchoatum aliquid, priusquam omnes conueniant prælegent, prout illis a R̄do P̄re assignabitur; idq; tam diebus Dominicis, quam festiuis: exceptis ys, quibus omnes confitebuntur: quibus lectio in pomeridianum tempus differri poterit.

CVRATORES.

Curatores pro necessitatibus Oratorii, modestissimè tamen, et magna circum: spectione, et sine ulla alicuius extorsionis nota, Eleemosinas petent; et pro diebus solennioribus, ornamenta procurabunt. Patrem quoq; unâ cum aliis Of: ficialibus de necessitatibus Oratorii informabunt. Quod si aliquis pauper decum: bat, moniti a Visitatoribus Infirmorum, subsidium pro eo emendicabunt; et iux: ta Instructionem, à Patre, Præsidente, et Vicario habitam, dispensabunt. Quod si Præsidens et Vicarius abfuerit, quatuor antiquiores ex Consiliariis, qui præ: sentes fuerint, consulendi erunt.

INVITATORES HOSPITVM.

Inuitatores, si quando dies festus occurrat, et Oratio sit habenda, inuitabunt hospites externos, et eos, qui nescierint simile Oratori: um fieri, cum omni humanitate introduci satagent, eorumq; nomina in libro scribi facient. Et similiter ys, qui sunt inscripti, ut Oratorium fre: quentent, suaui modo persuadebunt, si forte obliti fuerint; ut omnes, quoad fuerit possibile, tot bona et Indulgentias consequantur. Ac tandem, quando Of: ficiales congregandos esse à Patre didicerint, tempestiue illis significabunt, et ad funera Studiosorum inuitabunt.

RECEPTATORES HOSPITVM.

Receptatores omnem diligentiam adhibebunt, ne pueri loca præcipu: a occupent, Curabunt quoq; ut Officiales suo loco sedeant; et quicun: q; uenerint ex grauioribus, locum eis comiter ostendent, et per: benigne suscipient. Quòd si aliqui recenter uenientes Consortio aut Scapulari indiguerint, Patrem præmonebunt.

SACRISTÆ.

Sacristarum officium erit; assistere altari, et in Solennitatibus orna: re illud, et omni tempore tenere illud benè compositum, et seruire in omnibus, quando necessarium erit: dare campanula signum, dum Sacrum inchoa: ari debet; accendere et extinguere candelas, idq; cum multa modestiâ. Itidem munus illorum erit; omnibus diebus, quibus fiet Oratorium, ire ad accipiendas claues a Patre Janitore Monasterii, et suo tempore aperire portam Oratorii, et post omnium egressum statim claudere. Quod si aliqui Confessario indigu: erint, quoties opus fuerit, eidem Janitori Conuentus significabunt. Acco: litos quoq; idoneos celebraturo assignabunt; pro iis qui sunt comunicaturi; iuxta numerum, hostias ex Sacristia portabunt, aperient et claudent fenestras,

quoties erit necessarium, Scamnaq; disponent, Similiter iuxta Patris consilium, si diebus solennioribus Oratorium sit ornandum, Curatoribus indicabunt, ut ornamenta conquirant, illudq; ornabunt, apparatusq; mutuo acceptos cum magna cautela tractabunt, et quamprimum reddere procurabunt. Si quispiam externus ex grauioribus Sacrum sit celebraturus, omnia tempestiue prouidebunt: et Sacro peracto, apparamenta ex altari statim ad Sacristiam deferent, omniaq; alia quæ necessaria fuerint, cum omni munditie accomodare studebunt.

Hi omnes Officiales, ad minus semel in mense a prandiis, iuxta assignatū sibi tempus à Patre conuenient. c. pag. 46.

Communes Instructiones.

Omnes Consortium Spirituale, imo et Sacrum Scapulare suscipere procurabunt. Hyemis tempore mane, hora circiter octaua in medio Horologio; æstate autem hora circiter septima, ad Sacrum et Exhortationem audiendā conuenient. Ex classibus autem inferioribus dimidiam horā ad lectionem Spiritualem audiendam anticipatè præuenient: et quoties à Patre admonebuntur, post prandium accurrent. Communicabunt saltem semel in Mense. Itemq; die Natiuitatis Domini. Circumcisionis uel Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, die Sanctissimæ Trinitatis uel Corporis Christi. Festis B. M. Virginis de præcepto, et in Commemoratione solenni Beatissimæ M. Virginis de monte Carmelo; id ē 16 Julii. Die S. Joannis, uel S.S. Petri et Pauli Apostolorum. die S. Joseph, S. Michaelis, S. Teresiæ, Omnium Sanctorum, S. Catharinæ. Comēdatur autem summopere omnibus, ut singulis octo diebus, uel ad summum 15, confiteri assuescant, quomodo et quatenus Confessario uisum fuerit.

Exercitia in Oratorio fieri solita.

Quoties aliquis Oratorium frequentans obierit, omnes pro illo Officium defunctorum priuatim recitabunt, quando id eis à Patre iniunctū fuerit: et funus ipsius ad sepulturam deducere, et exequiis interesse conabuntur.

ANNO DÑI M.DCXXXII.

Deuotio et feruor mirum in modum in hoc Oratorio creuit; ita ut nonnulli ex Clarissimis D.D. Professoribus Academicis, qui antea minus affecti esse uidebantur Oratorio, repente deinceps mutati, singularissimè eidem fauere cœperint.

Orationibus quoq;, non solum Domini Studiosi; sed etiam Adm. Rndi et Excellmi D.D. Professores, itemq; Exhortationibus Spiritualibus, et Sacris celebrandis, pietatem hanc fouebant. Vnde crescente numero, uisum est P.P., ut Exercitia Spiritualia D.D. Studiosis præscriberent, et typis mandari curarent. Quod et factum est, cum insigni omnium profectu. Similiter Patroni Mensis, pro quolibet Mense distribuendi, sunt ab iisdem Patribus pro 40 circiter annis ordinati et impressi.

Exercitia Spiritualia Oratorij Pietatis, et Patroni Mensis imprimuntur.

Hoc anno prætereà, circa diem Ascensionis, pax summa, qualis olim anteactis annis non fuit uisa, cum omnium applausu dominata est.

Electio secunda DD. Officialium. Mag.cus D. Rector Vniuer. sit. Oratorij Pietatis acclamatur Promotor perpetuus.

Feria secunda Pentecostes, præmisso Sacro solennissime decantato, et Oratione de Spiritu S., celebrata est Electio nouorum DD. Officialium: in qua ab omnibus acclamatum est, ut Vniuersitatis Cracouiensis Rector pro tempore, semper sit eo ipso Oratory huius Promotor natus, neq. deinceps eligatur.

Processio celebratur

Dominica infra Octauas Corporis Christi, cum magno apparatu, modestia, et gloria Dei, Processio cum Venerabili Sacramento a DD. Studiosis et Professoribus Academicis, in platea Grocensi solennissime celebrata est. Aliqui ex Clericis, Sacro ordine insignitis, Dalmaticis vestiti, imaginem B. M. V. et B. Cantij sumptuose adornatam, cum magna deuotione in ulnis gestabant.

Consultatio circa DD. Officiales se absentantes ab Oratorio

Die S. Mariæ Magdalenæ, habita est consultatio; in qua deliberatum fuit; an DD. Consiliarii, qui se absentant ab Oratorio, si semel ad minus in Mense non interfuerint, uel nunquam comparuerint, censendi sint renunciare huic officio, nisi iustum allegauerint impedimentum: ita ut in sequenti Electione uotum decisiuum non habeant. Et resolutum est affirmatiue...

De Officialibus autem Minoribus sic conclusum est, ut si compertum fuerit, aliquos sine iusta causa per unum mensem abesse, vel sine scitu Patris ad longum tempus discessisse, uel suo munere fungi nolle uel proteruè (quod absit) cum Patre procedere; statim possint alii à Patre, consultis DD. Officialibus Maioribus, qui præsentes fuerint, etiamsi tres in Oratorio tantummodò existant, in eorum locum substitui; et in sequenti Electione, si diligentes fuerint, debeant omninò confirmari: imò Officium suum, acsi tempore solito electi essent, statim exercere, et in tabula scribi debeant. Hoc tamen reseruauerunt arbitrio Adm. Rndi Patris Oratorii: cui insinuarunt, ut à principio non cum summo rigore procedatur: Sed ponderatis rerum, temporum, et personarum circumstantiis, rès suauiter accomodetur.

Eodem quoq. die in Thesaurarium electus est Adm. Rndus et Excel.mus D. M. Melchior Porebius, Phiæ Doctor et Professor, Collega Maior, Canonicus S. Annæ, qui loco D. Secretarium antecedet.

Die 8 Septembris, in absentium DD. Officialium locum, nonnulli a DD. Consiliariis sunt substituti: in sequenti Electione, prout antea conclusum erat confirmandi.

Electio 3.a DD. Officialium.

Die 25. Nouembris, præmisso Sacro cum Musica decantato, et Oratione de S. Catharina, Electio DD. Officialium celebrata est: in qua

itidem de nouo acclamatum est, et secundo confirmatum, ut Almæ Vniuersitatis Cracouiensis Rector, sit eo ipso natus Oratorii Pietatis Academici Promotor, neq deinceps eligatur. Quâ peractâ, D.D. Officiales Maiores seriò apud Patrem Oratorii aliquoties institerunt, ut omnino D.D. Curatoribus iniungeret, quatenus pro necessitatibus Oratorii eleemosinam peterent, seq paratos esse ad Oratorium adiuuandum feruenter contestati sunt; et uel maxime Adm Rndus et Clarissimus D. Adamus Opatouius, insignis Oratorii benefactor; necnon Adm Rndus D. Joannes Augustinus Ribkouicius, Sacræ Theologiæ Licentiatus eiusdem Oratorii Promotor.

Porro D.D. Officialium Maiorum crescere debuit numerus; quia itidem auctus fuit numerus D.D. Studiosorum in hoc Pietatis Oratorio.

Die S. Nicolai, consultatio fuit habita, in qua unanimi consensu determinatum est a D.D. Consiliariis, bis in Anno Electionem D.D. Officialium celebrandam esse: nimirum feria secunda Pentecostes, et die S. Catherinæ, præmisso Sacro solenniter cantato, et Oratione, uti antea factum fuerat. — Consultatio circa tempus Electionum

Itidem ex votorum pluralitate decisum est; Sacrum dictum (Rorate) manè recitandum esse, hora circiter sexta in medio horologio, et postea exhortationem habendam.

Die Conceptionis B. M. Virginis, circa bonum Oratorii promouendum, nonnulla aduerterunt D.D. Consiliarii.

Inprimis, seriò inculcandum esse D.D. Officialibus Minoribus, ut unusquisque suo munere ritè fungatur, eosq qui se optime in suis officiis gesserint, facilè ad maiora promouendos. Eos uerò omninò amouendos esse, qui suo officio fungi non possint, uel certè nolint, aut simile quid commiserint. Vt autem sciretur eorum animus, deputârunt quatuor ex D.D. Consiliariis; quibus id commissum est, ut mentem illorum explorarent.

Adm Rndum D. Andream Swinarski Canonicum Posnaniensem. Excellmum D. M. Martinum Michonium, et Excellmum D. Lucam Piotrowski Professores Nowodworsc. V. D. Casimirum Proczynski Artium et Phiæ Baccalaureum: qui libenter hanc curam susceperunt.

Deinde uerò elegerunt duos Marschalcos; qui diebus Communionum seriò aduerterent, ut ordo inter accedentes ad Sacram Synaxim seruaretur, et confusio euitaretur: Scilicet. Excellmum D. M. Lucam Piotrowski, et V. D. Casimirum Proczynski: qui hoc munus ultro quoque acceperunt. — Officium Marschalci:

Itidem ordinârunt, ut in libro, in quo scribuntur nomina Benefactorum Oratorii Pietatis, nonnisi y ponantur, qui decem ad minus floren. eleemosinæ pro Oratorio contulerint. — Qui inscribendi in Librum Benefactorum.

Ac tandem statuerunt, ut Adm R. P. Oratorii inculcet D.D. Studiosis,

De Saccis. si forte vellent saccos pro faciendis disciplinis, postea Oratorio applicandos, proprio sumptu comparare; qui essent ex tela alba, cum insigni is Academiae, vel certe cum effigie D. Cantii; prout illis placeret; lucraturi partem quintam meritorum illius D. Studiosi toties quoties qui postea usus is disciplinam fecerit.

Die S. Stephani Protomartyris, a D.D. Consiliariis, in locum V.D. Mathiae Kasprowski Sacristae, substitutus est D. Mathias Opatouius.

Hoc anno: festa natalitia, tam soluta quam ligata Oratione, tam mane, quam post prandium. DD. Studiosi solenniter et deuote adornâvunt.

ANNO DOMINI M. DC.XXXIII DIE 2 ianuarii

Circa Registrum Perceptorum et Expensarum. Conclusum est a D.D. Consiliariis; Regestrum Perceptorum et Expensarum esse conficiendum, utq duo ex D.D. Consiliariis unâ cum Patre se subscribant. Pro qua re deputarunt Excl D. M. Lucam Piotrowski Nowodworscianum Professorem; et V.D. Casimirum Proczynski, Artium et Phiae Baccalaureum.

Die festo Purificationis B. M. V. Illmus et Rndmus D. Iosaphat Welamin Rutki, Metropolita Kiiowien. Perorationem cum maxima omnium aedificatione in Oratorio habuit. Illmus quoq et Rndmus D. Raphael Korczak, Episcopus Pinscen. Sacrum cantatum ritu Graeco die Cinerum in Oratorio expediuit, et exhortationem Spiritualem ad D.D. Studiosos Academiae Cracouien. die S. Casimiri Confessoris habuit. Venerant enim plurimi ex Illmis D.D. Cracouiam, ex occasione Sepulturae Serenissimi Sigismundi III Regis Poloniae, et coronationis Regis Wladislai IV. Imo vel maximè eos adegit, ut hoc iter conficerent causa, quae in Comitiis Regni tractabatur; an certi Episcopatus, et Ecclesiae Unitorum, Schismaticis essent assignandi.

Consultatio. Die S. Mathiae Apostoli, DD Consiliarii, unanimi consensu, Rndo Pri Oratorii ius suum omne et authoritatem concesserunt, ut D.D. Officiales Minores, quos animaduerteret in Oratorio esse negligentes amoueret, et alios in eorum locum substitueret; eò quòd ipse melius nosset omnium, qui Oratorium frequentant qualitates: promittentes se id totum, quod ipse hac in parte statueret, libenti animo acceptaturos, et ratum firmumq habituros.

De annalium libro et electionum inscriptione. Determinarunt quoque, duos libros esse comparandos. Unum in quo

Annales Oratorii, alterum in quo nomina DD. Officialium conscribi possint
Circa festum Ascensionis Dni Nri, tumultus antea exerceri soliti, Dei benignitate sunt sopiti.

Die 15 Maii, habita est Electio nouorum DD. Officialium, praemisso Sacro solenniter, a Perillmo et Adm Rndo D. Luca Dąbski, Canonico Cracouien decantato, et Oratione de Spiritu S. in qua vnanimi consensu, tertia vice conclusum est; ut Magnificus D. Rector Almae Academiae Cracouien, ab vniuersitate electus, sit eo ipso natus Oratorii Pietatis Academici Promotor, neque amplius de nouo in eundem Promotorem eligatur, et perpetuo hunc titulum Promotoris habeat. Quod Mcus D. Rector Christophorus Naiman, Phiae et Medicinae Doctor acceptauit. — Electio DD. Officialium.

Dominica infra Octauam Corporis Christi, Processio Solennissima in platea Grocen cum Venerabili Sacramento, a DD. Studiosis est habita. Imaginem B. M. V., S. Joseph, S. Teresiae, et B. Cantii sumptuosè adornatam, plurimi Praesbyteri, Dalmaticis induti, cum Musica gestabant; Viginti et aliquot DD. Studiosi, praecipuorum Senatorum et Magnatum Regni Poloniae filii, cum intorcitijs, SSmae Eucharistiae Sacramentum à latere sunt comitati, quorum nomina in alio libro describuntur. — Processio solemnis.

Die 5 Junii, Consultatio à DD. Officialibus Maioribus est habita, in qua vnanimi consensu determinatum est. Festum Purificationis Bmae V. Mariae, debere esse titulare nri Oratorij; in quo debeant omnes in Ecclesia, vel prout R. P. Oratorij disposuerit communicare, et cum maiori deuotione hunc diem celebrare. Mutatur e postea titulus in festu Conceptionis. — Consultatio.

Itidem conclusum est, ut aliqui ex DD. Consiliariis, Mcum D. Rectorem Vniuersitatis Cracouiens adirent, nomine Oratorii petendo, ut auctoritatem suam interponeret; quatenus Judaei ad Casimirium cōmorantes, illis ornamenta et apparatus pro festis solennioribus, ad minus sex vicibus in Anno teneantur mutuo concedere. Pro qua re deputarunt Excellmos DD. Magistros, Phiae Doctores: D. Stanislaum Kaplicz, D. Daniel Otrebosz. D. Lucam Piotrowski: qui hoc munus libenter acceptarunt. — De Ornamentis à Judaeis procurandis.

Statuerunt quoque, ut R. P. Oratorii, quolibet mense determinet aliquod solenne festum, quo omnes possint confiteri et communicare, ad obtinendam Indulgentiam Plenariam Consortii Spiritualis; vel certe duo festa solenniora assignet, in quorum uno dimidia pars, in altero quoque alia dimidia, confiteri et cōmunicare debeat. — Circa Communionem Menstruam.

Confirmarunt quoque ordinationem praeteritam, circa Saccos pro disciplinis comparandos. Quamuis cum esset orta controuersia circa modum illos adaptandi, eam in sequentem consultationem distulerunt. — De Saccis pro disciplina faciendis.

Conduxerunt tandem D.D.os Officiales Minores serio admonendos esse, ut suis officiis rite et debite fungantur. Ut vero mentem illorum explorarent: D.D. ViceSecretariis iniunxerunt, quatenus ab eis inquirerent: an ista officia, quae videntur aliquo modo onerosa, ob cultum et amorem B. M. Virginis suscipere velint: quo liberius alios idoneos iis amotis, in eorum locum, eligant.

Consultatio

DIE XXIV Juny, habita est consultatio a DD. Officialibus Maioribus; in qua Excell.mi DD. Magistri, qui ad Magnificum D. Rectorem Almae Academiae Cracovien. erant deputati, rogando, quatenus suam authoritatem interponeret, ut Judaei, qui ad Casimiriam manent, ornamenta pro festis solennioribus pro parietibus mutuo darent pro Oratorio; affectum vix credibilem Mag.ci D. Rectoris exposuerunt.

Judaei se submittunt ad praestanda mutuo ornamenta pro Oratorio

Iidem relationem fecerunt, qualiter praedicti Judaei, coram Bedellis Universitatis Cracovien., missis in supradicta causa a Mag.co D. Rectore, se obligarunt, ad minimum nutum DD. Studiosis Oratorij Pietatis Academici, in tam levi postulato, quotiescunque et quandocunque vellent satisfacturos: modo fideliter restituantur.

DD. quoque ViceSecretary, magnum fervorem DD. Officialium Minorum asseruerunt, quem unusquisque ab iisdem requisitus contestatus est, in officio ad se spectante, se muneri et obligationi suae, quotiescunque admonitus esset, pro viribus satisfacturum.

De saccis pro disciplina

Iidem DD. Officiales Maiores determinarunt, saccos pro disciplinis debere esse albos, cum sceptris Academicis, in rubro panno ad pectus accommodatis. Quod si quispiam vellet imaginem B.mae Virginis cum effigie D. Cantij, ad insignia Academiae Cracovien. apponere, per quam commendabilem esse voluerunt.

Petierunt similiter ab Adm. R.do P.re Oratorij, ut exploraret mentem Magnifici D. Rectoris Universitatis: an infirmi D. Studiosi, qui Oratorium frequentant, non possint subsidium habere ex fundatione, quae D.no Medico in Universitate confertur. Similiter medicinas ex pharmacopolio, quod etiam dicitur esse pro DD. Studiosis fundatum accipere: quatenus stante tali occasione, RR.dis DD. Visitatoribus Infirmorum commendet, ut certiores facti de Infirmis et indigentibus, curam diligentem habeant, ne ob defectum subsidiorum pauperes infirmi moriantur; quin potius pro Christiana charitate sublevari possint.

Iniunxerunt praeterea Adm. R.do D.no Andreae Swinarski, Canonico Posnanien., necnon Adm. R.do ac Exc: D. M. Stanislao Chasticz(?); ut associati filys Illustrissimorum Senatorum Re-

gni

qui, + ab Adm Rdo P. Nro, P. Fre Seraphino à S. Maria, Visitatore Generali (quem paucis ante diebus honorificentissime exceperant) nomine Oratorij peterent, quatenus ijs Crucem donaret pro Oratorio, qua usus est olim Sanctae memoriae P. F. Dominicus à Jesu Maria, Carmelitarum Discalceatorum Generalis, divinis raptibus et miraculis clarissimus: et pro aliquibus Indulgentijs pro Oratorio obtinendis, apud SSmum D. N. Urbanum VIII Oratorem ageret.

Crux Venerab. P. F. Dominici à Jesu Mria donatur Oratorio.

Transmisso etiam elegerunt Exc.mos DD. Magistros, Professores Nowodworscianos: videlicet D. Lucam Piotrowski, et D. Joannem Grochalski, ut se Regestro Perceptorum et Expensarum subscribant.

Insuper serio iniunxerunt DD. ViceSecretarijs, ut ijs, qui ad Consultationem non pertinerent ambobus, nonnisi DD. Officiales Maiores admittant.

Qui ad consultationes admittendi.

Concluserunt ibidem; mature deliberandum esse, quis modus circa electionem DD. Officialium in sequentibus electionibus sit ineundus: stante eo quod Oratorium in ordinem redigi incipiat.

Ac tandem communibus postulatis, imo et precibus, Rdo Pri Oratorij commiserunt, et contulerunt omnem suam authoritatem, ut Oratorio leges praescribat; postmodum Mag.co D. Rectori, unà cum Clarissimis DD. Promotoribus, ad confirmandum praesentandas.

Aliquot postmodum mensibus intermissae sunt Consultationes, propter absentiam Rdi Pris Oratorij, et nonnulla pestis pericula; quae Dei benignitate sunt sopita.

Adm Rdus Pr Visitator Generalis, in discessu suo, Crucem, quâ usus est piae memoriae, Pr F. Dominicus à Jesu Maria, Carmelitarum Discalceatorum, Praepositus Generalis, insigni vitae sanctitate conspicuus et miraculorum dono illustris, Oratorio donavit; ad instantiam et preces ~~Orato~~ legatorum, qui erant ad istum actum deputati: et Indulgentias pro Oratorio Romae apud SSmum se impetraturum promisit.

Die 10 Novembr. Processio solemnissima totius Universitatis, ex Oratorio Pietatis Academico Carmelitarum Discalceatorum SS. Michaelis et Josephs, ad S. Annam, iuxta Collegium Maius e regione sitam Ecclesiam, cum aliquot imaginibus sumptuosissime adornatis; praecipue vero Bmae Virginis, S. Josephs, S. Annae, S. Teresiae, B. Cantij; et intorciciorum numerosa quantitate, et DD. Studiosorum, necnon Professorum ingenti frequentia, ex mandato Mag.ci D. Rectoris Almae Academiae Cracovien, D. Christophori Naiman, Philosophiae et Medicinae Doctoris, Consulis Cracovien, est celebrata: ob insignem de Moscis et Turcis reportatam victoriam, et propter supplicationes, pro falici exitu belli suscipiendo, ad B. Cantij sepulchrum profundendas, pro Serenissimo Rege Poloniae Vladislao IV.

Processio solemnis in gratiarum actionem pro victoria de Moscis et Turcis reportata.

Fernov

Feruor extraordinarius apparuit in DD: Studiosis, et Excel. Cmis DD. Professoribus: qui usque ad 21, deuotioni et cantui, cu maxima omnium aedificatione vacabant; expectantes, donec ad S: Annam Sacro finito Processionem reducerent: quorum numerus ad sex millia dicitur peruenisse.

Magcus D. Stephanus Tarlo Palatdus Lublinen; moritur.

Hoc eodem Mense Nouembri, Magcus D. Stephanus Tarlo, Palatinides Lublinen, pro altera vita bene dispositus, diem clausit extremum: pro quo in Oratorio Officium Defunctorum, et aliquot Sacra sunt expedita.

Adm R. et Excellt D. M. Matthias Kwasniewicz moritur.

Ibidem eodem mense, Adm Rdus et Excellmus D. M: Mathias Kwasniewicz Curdelowien, Collega Maior, S. Theologiae Baccalaureus, et Professor, Canonicus S. Floriani, vir patientiae vix credibilis, omnibus Sacramentis de more Christiano rite munitus, ex hac vita decessit: pro cuius anima, Adm Rdus Dnus M. Joannes Broscius Curdelowien, Canonicus ibidem S. Floriani, et testamenti executor, misit pro Oratorio 10 flor:, ex legato in testamento his verbis relicto. Fraternitati Congregationis Bmae M: V. Academicae, lego flor. decem.

Deuotio ad Imaginem Bmae V. MARIAE in Oratorio Pietatis constitutam

Singularis deuotio et affectus creuit erga imaginem Oratorij Sere: nissimae Deiparae: ita vt non solum DD. Studiosi votis eam adornarent, verumetiam extraneae personae, singulari illam cultu venerari caeperint. Specialiter vero Adm R.D. Damianus Zachynski, religionem Carmelitarum Discalceatorum ingressurus, eo fine vt perseueraret, votum argenteum, et coronas duas; itemque globulos 27, aureo filo et ambra intertextos, cum 30 gemmulis, cruce parua, et annulo obtulit. quem Ssma Virgo voti compotem reddidit. Similiter Adm Rdus D. Sebastianus Komecki, Canonicus Junowladislawien, quaedam negocia, in quibus desiderio suo potitus est, Augustissimae Patronae commendans, ibidem argenteum votum dedit. Idem fecit Adm R.D. Zacharias Brandinski.

Magci quoque DD. Bedlinscy, Capitaneidae Mussynen, per intercessionem Bmae V. a morbo liberati, argenteam tabulam donarunt.

Praeterea V.D. Joannes Wolbramen, oculorum morbo laborans, argenteum votum praesentauit. Adm R.D. Stanislaus Mieraowski, Consiliarius Oratorij, duas ampullas argenteas donauit.

Ibidem Magca D. Koruchowska, monile aureum, cum 15 adamantibus, et pendentijs 13, cum paruis adamantibus donauit: quod ad precium 200 florenorum et vltra dicitur ascendere. Religuarium argenteum ipso di: vendito, ex consilio DD. Consiliariorum, est comparatum.

Magnificus quoque Dnus Sebastianus Wielogorski, Burgrabius Cracouien, materiam preciosam pro veste pueri Jesu sculpti donauit, quae 30 florenis Polonicalibus constat.

Item Adm Rdus Pr Nr Prior Cracouien, P. F. Albertus à S. Maria Magdalena, crucem argenteam paruam Bmae Virgini obtulit: quae postea in vim gratitudinis cuidam est donata ex consensu P. Prioris.

Simili

Similiter erga Crucem æneam, quâ usus est quondam sanctæ memoriæ, Adm. Rdus P. F. Dominicus à Jesu, Carmelitarum Discalceatorum Præpositus Generalis vir sanctitate et miraculis clarissimus; quæ ab Adm. Rdo Pre F. Seraphino à S. Maria, Visitatore Generali Provinciæ Poloniæ, Oratorio donata est, cum conditione ne ullo modo ab aliquo Superiore ab Oratorio Pietatis Academico distrahatur, pietas propagari cœpit: cui Ven: D. Casimirus Srocynski, Artium et Philosophiæ Baccalaureus, votum argenteum obtulit: idq ex ea occasione quia portando illam ad quandam benefactricem, à periculo mortis liberatus sit: dum casu transeundo, contignatio supra ipsum illæsum cecidisset. Devotio ad Crucem Ven. P. F. Dominici à Jesu Mª.

DIE XXV Novembr. celebrata est Electio novorum DD. Officialium, præmisso Sacro de S. Catherina solennissimè decantato, et Oratione in laudem eiusdem Divæ, studiosorum et studiorum Patronæ recitata. Electio DD. Officialium.

Die festo Conceptionis Bmæ Virginis, Illmus D. Andreas Szoldrski, Serenissimi Principis, et Supereminentissimi D. Cardinalis, necnon Administratoris Episcopatus Cracovien. Joannis Alberti Cancellarius, Nominatus Episcopus Kiiowien. Orationi in laudem Serenissimæ Deiparæ in Oratorio habitæ, incommoda licet valetudine affectus, summo cum gustu interfuit, et à nobilissima iuventute Academica honorificentissimè exceptus, eam in Sacro communicavit.

Die item festo Natalis Domini, Perillris et Adm R. D. Erasmus Kretkowski, Canonicus Cracovien. et Officialis eiusdem Diœcesis iuventuti Academicæ Sacram Synaxim distribuit, orationiq de Nativitate Dni peractæ, cum maxima consolatione interfuit.

Festa quoq Natalitia, cum maximo omnium applausu, tam soluta quam ligata oratione; itemq Dialogo habito, plurimi Illmorum Senatorum et Magnatum Regni Poloniæ filij unà cum pleraq selectissima iuventute, in Oratorio Pietatis Academico insigniter adornarunt. perorantes

ANNO DNI MDCXXXIV, die 12 January, Excellus D. M. Joannes Grochalski, Phiæ Doctor, Professor Grammaticæ Nowodworsc. Scholæ Cracovien. ad Cathedralem Ecclesiam Senior Consiliarius Oratory Pietatis Academici, Sacramentis de more Christiano optimè munitus, ætatis 24 annorum, cum summo omnium mærore diem clausit extremum. Vir hic erat integerrimus, modestissimus, in Astrologica facultate versatissimus, sedulus in libris, magnæ eruditionis et expectationis. Exercitia spiritualia Oratory Pietatis Academici, per totum morbi decursum (licet tot esset oppressus doloribus) imò ad ipsum usq agonem, cum omnium admiratione practicavit; ita ut Confessarius multoties, ob intensissimum quo conflictabatur dolorem, Actum ei frequentem prohiberet; maximè verò Actus Fidei, Spei, Charitatis, Contritionis etc. exercuit, et devotionem erga Beatissm Virginem sedulam ostendit: in illisq verbis. In manus tuas Domine Excellus D. M. Joannes Grochalski moritur

ne commendo Spiritum meum, ad eam quam expetit, ferventissi:
me, immortalem vitam transiuit; Sepultusq[ue] est in Ecclesia PP:
Carmelitarum Discalceatorum SS: Michaëlis et Joseph, in magna
frequentia Excell.mum DD. Professorum, et prae[ser]ti[m] suorum DD. studioso:
rum Almae Universitatis Cracovien: qui licet interea pluviae im:
mensae praedominarentur, plurimi ad exequias celebrandas convene:
rant. Pro quo postea bis Officium Defunctorum in Oratorio reci:
tatum est.

Generosus D. Martinus Bebnowski moritur

Die septima Aprilis, Generosus D. Martinus Bebnowski, studiosus
Almae Academiae Cracovien, adolescens 18 annorum, rite et devotis:
sime Sacramentis omnibus munitus, quae genuflexus recipere conabatur, tamet:
si prostrata valetudine langueret, cum magno parentis luctu, et extraneorum
dolore, diem clausit extremum. Fervens hic erat B.mae Virginis cultor, in cu:
ius honorem saepius Coronam recitare solitus fuit; Praeceptoribus cum ma:
xima omnium aedificatione obsequentissimus; a Sacramentorum frequentia;
ad quae bis in mense cum maxima recollectione accedebat, summopere com:
mendabatur, omnibus amabilis. In Ecclesia PP. Carmelitarum Discalceatorum
SS: Michaëlis et Joseph, ubi ipsius Mag.ca D.na parens et sepulta requiescit.
Huic Praeceptor moestissimus, Adm. R.dus et Excell.mus D. Vitellius, Ca:
nonicus S. Annae, tale Epitaphium inscripsit.

Martinus Bebnowski. Flos iuvenum praestantium. Genere, In:
genio, probitate, amore literarum nobilissimus. Maturiore Virtu:
te quam aetate, Fato functus hic quiescit. Qui in Academia
Cracov: ita fuit, ut Praeceptorum amorem, aequalium imitationem,
inferiorum admirationem mereretur. Sed dum Respubl:, Ecclesia, Aca:
demia, uberiorem tantae virtutis expectat fructum, invida mors cum
herba spem universam succidit. Maestus Pater, sumptuum suorum
et orbitatis, hoc lugubre, quod a filio expectabat, boni testimonium
curavit. Vixit annos 18. Menses 3. Aprilis septima mortu:
us. Anno D.ni 1634.

Electio DD. Officialium

Die 4. Juny, praemisso Sacro de Spiritu S., a Perillustri et Adm
R.do D.no Alberto Szerzebrzski, Canonico Cracovien, solennissime de:
cantato; et oratione ab Adm R.do et Excell.mo D. M. Jacobo Vitelio, Col:
lega Maiore, Tiliciano Eloquentiae Professore, Canonico S. Annae, Pro:
visore Scholarum Nowodworsc:, in maximo concursu Almae Universi:
tatis Cracovien habita, Electio novorum DD. Officialium est celebrata.

Processio solemnis.

Die 18 Juny, id est, Dominica infra Octavam Corporis Christi,
Processio in platea Grocen, cum multis imaginibus sumptuosissime ador:
natis, a frequentissimis DD: Professoribus et studiosis est decorata; cui
magnificum splendorem addebant praecipui Senatorum et Magnatum Re:
gni Poloniae filij, qui cum intorticijs albis, sicut anno praecedenti fa:
ctum fuerat, SS.mum Eucharistiae Sacramentum deducebant, magnamq[ue] in

populo

populo causabant devotionem. Eorum nomina et cognomina in libro separato, ad posteritatis memoriam et exemplum annotantur.

Toto isto triennio, plerique Rndissimi, gravissimi, et religiosissimi Viri; necnon Excell.mi DD. Doctores et Professores, itemque Primary Senatorum et Magnatum Regni Poloniae Fily, ac denique plurimi aly nobilissimi DD. Studiosi, in maxima frequentia, cum summo omnium applausu, in Oratorio Pietatis Academico, tam soluta quam ligata oratione, insigniter perorarunt: promovente eam devotionem et exhortationem cu maximo affectu, Adm Rdo et Clarissimo D. M. Adamo Opatovio S. Theologiae Doctore et Professore, Decano S. Annae, Provisore Scholarum Nowodworsc: ob plurimas easdemque urgentes rationes, quae unicuique Sacrum hoc Pietatis Exercitium consideranti facillime occurrere possunt. Quorum nomina et cognomina in libro Instructionum ponuntur.

Postea vero Adm Rdus et Excell.mus D. M. Jacobus Vitelius, Collega Maior, Canonicus S. Annae, Provisor Scholarum Nowodworsc: est designatus: cui Exercitium istud et Perorationes, etiam apud Adm Rdos PP. Dominicanos frequentissime cum maximo omnium gustu, et omnium DD. Academicorum promotione haberi solitae, ut passim fide digni Professores spargebant, valde displicebant. Unde re comperta, ob bonum pacis, Pr Oratory earum curam habere destitit, neque illas promovendas censuit: maxime cum certo didicisset, Mag.cum D. Rectorem Universitatis Cracovien. D. Christophorum Naiman, Phiae et Medicinae Doctorem, Consulem Crac., alieno ab isto Pietatis Exercitio animo fuisse. Solum illud admittendum esse iudicavit, si ultro ab aliquo Professore Academico, vel haberetur, vel ad nos dirigeretur; aut certe ab aliquo Oratorio Pietatis addictissimo, cui cum nota inurbanitatis recusandum esset postularetur: idque rarissime: maximeque ys temporibus, quibus ob Confessionum frequentiam, Pater Oratory commode non potest, temporis angustys coarctatus Exhortationem facere: cum praesertim quidam ex praecipuis DD. Professoribus Academicis suadeant, non esse totaliter haec Exercitia negligenda: ut iuventus Academica, quae varietatem amat, eo ferventius ad Oratorium frequentandum accenderetur. Idem successu temporis placuit Excell.mo D. M. Vitelio, qui pro aliquibus, ut perorarent, authoritatem suam interposuit. Quod si invidia etiam ex hoc capite charitatem scinderet, et amicitiam violaret; totaliter ista Exercitia essent intermittenda: quae soli Academiae honorem et ornamentum; Patribus autem turbationem et odium essent allatura.

Circa Perorationes quae in Oratorio Pietatis solent haberi quaedam digna notatu.

Die 28 Octobris, ob nonnullas difficultates emergentes, fuit a Pre Oratory propositum, et a DD. Consiliarys discussum; An Electio DD. Officialium bis esset in anno celebranda. Et conclusum est ex pluralitate votorum affirmative. Quod etiam Mag.co D. Rectori Jacobo Naiman, Canonico Cracovien. placuit; vel ex hoc fundamento, ut DD. Studiosi ad fervorem et frequentiam eo vehementius inflammarentur.

Consultatio in qua nonnulla ad Electionem pertinentia determinantur.

Ibidem

Ibidem propositum fuit; an Electionis [illegible] modus antiquus esset retinendus,
in quo nominabat P[ate]r Oratorij omnes Candidatos; et quos DD. Maiores
Officiales approbabant, y electi censebantur. Et resolutum est, cum omni:
no morem, quoad Maiores DD. Officiales, DD. viceThesaurarios DD.
viceSecretarios, et DD. Praefectos Minorum DD. Officialium esse servan:
dum. Circa Minores vero DD. Officiales determinatum est: Ut

Electionis mod[us] Minor[um] DD. Officialium

ab unoquoque ex DD. Praefectis eorundem, intra aliquot dies post Electio:
nem, P[at]ri proponerentur 6 vel 8 Candidati, pro unoquoque officio ipsis
subordinati: v. g. a Praefecto Pacificatorum; Pacificatores; a ~~[illegible]~~
Praefecto visitatorum Infirmorum: visitatores Infirmorum; et ita dein:
ceps: quos nominatos idem Pater, vel confirmaret, vel reprobatis ijs,
alios in eorum locum substitueret. Quod si DD. Praefecti intra certum
tempus a P[at]re Oratorij ~~[illegible]~~ assignatum Candidatos nollent nominare,
perdent ius nominandi; et integrum erit Patri, quoscunque voluerit,
DD. Officiales Minores creare, vel certe ob hunc finem DD. Consil[iari]os congregare.
Postea R[evere]ndus P[ate]r Oratorij, cum maxima DD. Officialium Maiorum
consolatione, ex literis Roma missis retulit, qualiter in urbe, ab Adm
R[evere]ndo P[at]re N[ost]ro P[at]re F. Seraphino a S. Maria, visitatore Generali PP.
Carmelitarum Discalceatorum in Provincia Poloniae, Oratorium nostrum
praedicetur, eiusque fervor, et devotio commendetur: qui obtulit suam operam
in eo promovendo, et laborem sese non denegaturum promisit, si pro
Oratorio Pietatis Academico Bullam aliquam, pro Indulgentijs, alijs:
que facultatibus et privilegijs, vellent apud SS[anctissi]mum D[omi]num N[ost]rum URBA:
NUM VIII Summum Pontificem obtinere. Unde acclamatum est
ab omnibus, ut in sequenti consultatione, de ~~contributione~~ collecta pia facienda
pro Bulla expedienda deliberaretur; siquidem iam tempus protractum
fuerat.

Die S. Catherinae, Studiorum et Studiosorum Patronae, Sacrum
et vespertinae preces, solennissime a Perillustri et Adm R[evere]ndo D[omi]no
Gaspare Bobola, Canonico Cracovien[si], et sunt decantata: duae:
que Orationes in laudem Divae praedictae sunt in magna celebri:
tate corona DD. Studiosorum habitae. Una ma:
iorum virorum, et nobilissimorum DD. Studiosorum habita. Una ma:
ne ab Ill[ustrissi]mo D[omi]no Sigismundo Dinopsi, Palatinide Siradien[si]; altera
horis pomeridianis, ab Ill[ustrissi]mo D[omi]no Christophoro Balduino de Teczyn
Osolynski, Castellanide Sandecen[si], Aurato Equite, Capitaneo Stobnicen[si].

Electio DD. Officialium

Die 26 Novembr: Electio Maiorum DD. Officialium est cele:
brata. Praesidente Adm R[evere]ndo et Clarissimo D. Alberto Borovio,
S. Theologiae Doctore et Professore, Custode S. Floriani, Praeposito
Pramecowicen.

Die 3 Decembr: Electio Minorum DD. Officialium est celebra:
ta, et confirmata: in qua determinatum fuit a DD. Consiliarijs, cae:
terisque DD. Officialibus Maioribus; DD. viceThesaurarios, DD.
viceSecretarios, et DD. Praefectos Minorum DD. Officialium, ad
Consultationes Maiorum DD. Officialium pertinere; in ijsque ius

suffr:

+ iuum
suffragij ferendi, et votum dec[...] habere.
Similiter communi applausu, et unanimi consensu conclusum est à iuventute Academica pro Bulla Romæ expedienda, ~~contributionem~~ Collectam spiam esse ~~ab~~ accipiendam, quæ eam ultro offerre vellet, quamuis Pr Oratorij in contraria sententia fuisset: susceperuntq negocium eam ~~contributionem~~ Collectam acceptandi, Adm Rdus D. Stanislaus Niewiarowski, et Adm R. D. Sebastianus Jaworricki. Quod si non secundum mentem Bulla deberet Romæ obtineri, decreuerunt, pecuniam ~~quæ~~ quæcunq pro ornamentis Oratorij, colligeretur, esse impendendam. Ac demum in eadem Sessione conclusum, Sacrum Romæ in Oratorio esse habendum, eo tempore quo annis superioribus determinatum fuerat.
Die S. Nicolai, G. D. Nicolaus Lezynski, Orationem egregiam in laudem sui Patroni habuit.
Die festo Conceptionis Bmæ V., Excellmus D. M. Laurentius Alphonsus Karynski, Phiæ Doctor et Professor, Collega Minor, pia, dodissima, et neruosa oratione, puritatem Serenissimæ Deiparæ, celeberrimis et frequentissimis Auditoribus, summa cum laude commendauit.
Diem festum Christi Natali Sacrum, Adm Rdus D. Stanislaus Niewiarowski, disertissima et deuotissima Oratione celebrauit.
Adm Rdus D. Sebastianus Jaworricki, S. Joannem Euangelistam, pie, erudite et ingeniose laudauit.
ANNO DNI MDCXXXV, die festo Circumcisionis Dni, Adm Rdus, et Ven: D. Florianus Sopielski, Ordinis Can: Reg: Custodum SSmi Sepulchri Dnici Hierosolymitani, Conuentus Miechouien Professus, Artium et Phiæ Baccalaureus, Munera Pietatis, Auditoribus Clarissimis, florentissimæq iuuentuti Academicæ in Oratorio distribuit, quæ typis sunt impressa: eademq Illmo et Rndissimo Dno D. Jacobo Zadzik, protunc Episcopo Culmen et Pomesaniæ, Præposito Generali Miechouien, Supremo Regni Cancellario dicauit.
Die 5 January examinatus fuit à Pre Oratorij, P. F. Jacobo à SSma Trinitate, et duobus alijs ex Conuentu religiosis Patribus: videlicet ab Adm Rdo Pre F. Fabiano à Jesu Maria, et Adm Rndo Pre F. Macario, Studiosus Academiæ Cracouien, D. Christophorus Judkowski, Diæcesis Samogitien: qui sub iuramento deposuit, se gratiam per intercessionem Bmæ Virginis Oratorij Pietatis Academici recepisse, du à morbo comitiali esset eliberatus, quo plerisq annis conflictabatur, cui se modo singulari, et cum fiducia obtinendæ sanitatis, ad initium huius morbi, in festo Annunciationis Bmæ Virgs, Anno Dni 1633, paroxismo iamiam correptus commendauerat, promittens se istud beneficium eiden specialiter attribuere velle: ab eoq tempore, ad prædictum usq diem, à morbo liber extitit. Qui addidit se sane gratiam apud diuersas imagines Cracouiæ miraculis insignes obtinere non potuisse, etiamsi ad eas frequentius, cum maxima deuotione confugeret. Miraculum ad imaginem Virginis Beatiss in Oratorio Pietatis est factum.
Diem festum Purificationis Bmæ Virginis, Exc. D. M. Jacobus Sosnycki, Phiæ

Phiæ Doctor et Professor, Senior Scholæ SSmi Corporis X., prelo digna Oratione, in maximo concursu, adornavit.

Die 24 February. Admodu Rdi Dni, qui erant designati, pro Collegia pia à nobilissima iuventute Academica accipienda, attulerunt circiter 44 aureos. Ex qua occasione quæsitum fuit à DD. Officialibus Maioribus; an nomina eorum publicanda essent, qui collectam pro Oratorio dederunt. Et responsum est negative.

Eadem, die statutum est ad experimentum et probationem, ut diebus Dnicis et Festis totius Quadragesimæ, Officium parvum B.mæ Virginis, in primo Sacro ante Exhortationem, in Oratorio recitaretur. Quod factum est cum maxima omnium ædificatione.

Diem festum S. Josephi, Sponsi Genitricis Dei Mariæ, Excell.mus D. M: Joannes Racstamowicz Cinerski, Philosophiæ Doctor, Collega Minor, Ordinarius Eloquentiæ Professor: itemq. diem Annunciationis B.mæ Virginis, Exc.mus D. M. Laurentius Alphonsus Karynski, Philosophiæ Doctor et Professor, Collega Minor, pijssima et doctissima Oratione, in magno concursu, + insigniter adornavit.

Festum diem Pentecostes, Mag.cus D. Jacobus, Hieronimus Rozrazewski, Comes in Rozdrazew, in magno celeberrimorum virorum consessu, et frequentissimæ iuventutis concursu, oratione pia et elaborata, cum ingenti omnium applausu condecoravit.

Electio DD. Officialium.

DIE XXVIII May, præmisso Sacro Missæ Sacrificio de Spiritu Sancto, à Perillustri et Adm Rdo. D. Luca Dzbski, Ecclesiæ Cathedralis Cracovien. Canonico, solennissime decantato, et oratione a Mag.co D. Wladislao Leone Franckiewic Radzimínski, Capit. Lydensi, in magna Illustrissimorum virorum, et DD. Professorum Almæ Universitatis Cracovien. necnon iuventutis nobilissima frequentia, cum magna laude recitata, Electio novorum DD. Officialium est celebrata. Præsidente Adm Rdo et Clarissimo Dno Stanislao Pudłowski, J. V. Doctore et Professore, Præposito S. Nicolai, ad tunc adm à Mag.co et Adm Rdo Dno Jacobo Naimanowic, J. V. Doctore et Professore, Canonico Cracovien. Almæ Academiæ Cracovien. Rectore, in absentia illius deputato. Qua peracta, omnibus suffragijs conclusum fuit, ut DD. Præfecti Minorum Officialium omnes et singuli, ex omnibus Oratorium frequentantibus, eligant DD. officiales Minores sibi substitutos, quos assiduos et idoneos ad officia sibi subordinata iudicaverint; eosq. Patri Oratorij, unà cum D. Præsidente et Vicario, ad confirmandum præsentent. Interim tamen determinatum est, ne in libro Electionum scribantur; sed si diligentiam et virtutem probaverint, in sequentibus Electionibus ad altiora promoveantur.

Die 10 Junij, videlicet Dominica infra Octavam Corporis Christi, Processionem SS.mi Eucharistiæ Sacramenti, in platea Grodeci, præcipui Senatorum et Magnatum Regni Poloniæ filij, intorticia alba gestantes, cum maxima omnium ædificatione et consolatione, summopere adornarunt: qui in separato libello notantur, vt eorum fietur, devotio, et fervor posteritatem ad similem cultum et venerationem SS.mi Sacramenti excitet. Processio solemnis infra Octavas Corporis Xpi.

Sub idem temporis spatium, missæ sunt Româ pro Oratorio literæ, communicationis omnium Privilegiorum, Indulgentiarum ex totius Congregationis, ab Adm. Rdo Pre Nro Præposito Generali, tenoris sequentis, fidelissime cum Authentico exemplari collatæ.

IESVS MARIA

Benedictus DEVS, et Pater omnium qui saluti providens hominum, mundo dedit MARIAM Virginê in dulcissimam Matrem.

FR. IOANNES À S. HIERONIMO, FRATRUM CARMELITARUM DISCALCEATORUM CONGREGA: S: ELIÆ PRÆPOSITUS GENERALIS.

Illustrissimis, Excellentissimis, Magnificis, ac Nobilibus Almæ Acad: Cracovien. Doctoribus, Magistris, Baccalaureis Alumnis, reliquisq. Dominis, Oratorio Orationis ad Ecclesiam SS. Michaëlis et Joseph Patrum Ord. nri Cracoviæ intra moenia constituto incorporatis pro nunc, et post modum incorporandis, in Domino SALUTEM.

Cum salutis nostræ auctor IESVS CHRISTVS, præsentes discipulos, et nos absentes imitatores suos erudiens, singulari fraternæ charitatis præcepto præseruim obstrinxerit, vt scilicet diligeremus alios, quemadmodum ipse dilexit nos; et tanto magisterio, et instituto nostro valde consentaneum est, vt saluti proximorum, operam similem ei, quam Redemptor noster navavit, impendamus. Cum verò ipse sic nos dilexerit, vt laberes

dolores, operaq; sua omnia, in salutem nram, cum infinito merito, ac satisfactione direxerit, nullum eius imitandi modum similiorem invenire posse videmur, quàm si è pijs laboribus, et operibus nris, quæ ex ipsius munere præstamus, et spiritualibus bonis, quibus ex ipsius thesauro fruimur, partem aliquam proximis tribuamus. Quapropter nos, qui (licet immeriti) prædictæ Congregationi præsumus, et bona eius augere, ac in alios, iustis de causis, derivare debemus, confisi meritis, et precibus Beatissimæ Virginis MARIÆ Matris DEI, et nostræ, cui specialitèr famulamur, ac eius Sponsi sanctissimi JOSEPH, nec non Sanctorum Prophetarum ELIÆ et ELISÆI, Patrum nostrorum, et Sanctorum ANGELI et ANASTASII Martyrum, ALBERTI et CYRILLI Confessorum, ac Sanctæ THERESIÆ Virginis Matris nostræ, et aliorum Sanctorum, atq; Sanctarum Ordinis nostri, et omnium Sanctorum et Sanctarum DEI, Vos peculiari charitatis significatione complectentes, utpote de quorum pietate, ac summæ perfectionis Christianæ desiderio nobis constat, quò ferventiùs arreptum virtutis studium, cum maiori meritorum, et gloriæ lucro, nec non proximorum ædificatione, prosequi possitis, Vos ad participationem omnium Privilegiorum, Indulgentiarum, precum, ieiuniorum, disciplinarum, peregrinationum, piorum operum, aliorumq; quorumuis bonorum spiritualium, totius nostræ Congregationis admittimus. Precamurq; Diuinam bonitatem, ut Vos, per hoc nostrum ministerium, prædictorum bonorum, cum proventu multos consortes efficiat. Datum Romæ in Conventu nostro Sanctæ MARIÆ de SCALA. die 10 Maij MDCXXXV.

Fr: Joan à S.to Hieronymo Generalis.

Fr. Jo: Philippus à S. Joseph Secretus.

Allata quoq; sunt duo BREVIA Apostolica, pro Indulgentijs Oratorij studio et diligentiâ Adm Rdi Pris nri Prioris Cracoviensis P. F. Alberti à S. Maria Magdalena, qui Romæ in Capitulo Generali in socium erat electus

procurata, quorum hæc est copia, de verbo ad verbum scripta, et cum originali collata.

VRBANVS PP. VIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM: Cum sicut accepimus, in Ecclesia Conceptionis Btæ Mariæ Virginis Oratorio Pietatis nuncupata, prope Ecclesiam domus Fratrum Ordinis Carmelitarum discalceatorum nuncupatam Cracoviæ, una pia et devota utriusq; sexus Chri fidelium Confraternitas, sub invocatione eiusdem Conceptionis Btæ Mariæ Virginis, non tamen pro hominibus unius specialis artis Canonice instituta seu instituenda existat, cuius Confratres et Consorores quam plurima pietatis et charitatis opera exercere consueverunt. Nos ut Confraternitas huiusmodi maiora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, eius autoritate confisi, omnibus utriusq; sexus Chri fidelibus, qui dictam Confratem ingredientur, postquam erit Canonice instituta, die primo eorum ingressus, si verè poenitentes et confessi Smum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam: Nec non descriptis et describendis in eadem Confrte Confratribus et Consororibus, in cuiuslibet eorum Mortis articulo, si verè etiam poenitentes et confessi, ac Sacra Communione refecti; vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, Nomen IESV ore si potuerint, sin autem, corde devotè invocaverint, etiam Plenariam. Ac ipsis nunc et pro tempore Confratribus et Consororibus, verè quoq; poenitentibus et confessis, ac Sacra Communione refectis, qui præfatæ Confrtis Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium, die festo Conceptionis eiusdem Beatæ Mariæ Virginis, à primis Vesperis, usq; ad occasum Solis festi huiusmodi, singulis annis devotè visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sctæ Mris Eccles exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper eisdem verè pariter poenitentibus et confessis, ac

Die ingressus Indulgentia plenaria

Similiter in mortis articulo Indulgentia Plenaria

In festo Conceptionis Immaculatæ Btæ Virginis Indulgentia Plenaria

Indulgentia 7. annorum

Sacra Communione refectis, Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium
huiusmodi in Natiuitatis Domini, Assumptionis B.mae Mariae
Virginis, Primi Pentecostes, ac S.ctae Catharinae festis diebus, vt
ertur visitantibus et orantibus, quo die praefatorum id egerint, se-
ptem annos et totidem quadragenas. Quoties verò Missis, ac a-
lijs Diuinis Officijs, in dicta Ecclesia, vel Capella, seu Orato-
rio pro tempore celebrandis, et recitandis, aut Congregationibus publi-
cis, vel priuatis ipsius Confraternitatis vbiuis faciendis interfuerint,
aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composue-
rint, seu componi fecerint vel procurauerint; ac etiam, qui corpo-
ra defunctorum, tam Confratrum et Consororum huiusmodi, quàm
aliorum ad sepulturam associauerint, aut quascunque processio-
nes de licentia Ordinarij faciendas, Sanctissimumque Eucha-
ristiae Sacramentum, tam in Processionibus, quàm cum ad
infirmos, aut alias vbicunque et quomodocunque pro tempore
deferetur, comitati fuerint, aut si impediti, campanae ad id
signo dato, semel Orationem Dominicam, et Salutationem An-
gelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem et Saluta-
tionem easdem pro animabus defunctorum Confratrum et
Consororum praefatorum recitauerint, aut deuium aliquem ad
viam salutis reduxerint, et ignorantes praecepta Dei et ea
quae ad salutem sunt, docuerint, aut quodcunque aliud pie-
tatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prae-
fatorum operum, sexaginta dies, de iniunctis eis, aut alias
quomodolibet debitis poenitentijs, in forma Ecclesiae consueta

Sexaginta dierum in-dulgentia

relaxamus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus vali-
turis. Volumus autem, vt si alias dictis Confratribus et
Consororibus praemissa peragentibus, aliquam aliam Indul-
gentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum dura-
turam concessimus; praesentes nullae sint. Vtque etiam si
dicta Confraternitas alicui alteri Confraternitati, aggregata
iam sit, aut aggregetur, vel quauis alia ratione vniatur,
seu etiam quomodolibet instituatur, priores et quaeuis aliae li-
terae Apostolicae illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso
prorsus nullae sint. Datum Romae apud S.ctam Mariam Ma-
iorem sub annulo piscatoris, die XVI Maij MDCXXXV,
Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

M. A. Maraldus.

VRBANVS PP. VIII.

Universis Christi fidelibus, praesentes literas inspecturis, Salutem et Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem, coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, verè poenitentibus et confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Orationem quadraginta horarum, de licentia Ordinarij, in Ecclesia Oratorio Pietatis nuncupata, prope Ecclesiam fratrum Carmelitarum Discalceatorum semel in anno instituendam, per aliquod temporis spatium devotè interfuerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, misericorditer in Domino concedimus. Iis verò, qui Litanijs Sanctae Mariae Virginis, singulis Sabbatis in eadem Ecclesia recitandis, seu decantandis, devotè interfuerint, et ibidem ut supra oraverint, quo die praefatorum id egerint, Centum dies de iniunctis, aut aliâs quomodolibet debitis poenitentijs, in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Praesentibus ad Decennium tantum valituris. Volumus autem, ut si aliâs Christi fidelibus, in dicta Ecclesia praemissa peragentibus, aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, quodque si pro praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut spontè oblatum recipiatur, praesentes nullae sint eo ipso. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die xvj Maij MDCXXXV. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.)

Indulgentia plenaria pro quadraginta horis Oratione semel in anno in Oratorio instituenda

Illis qui adsunt Letanijs in Oratorio, conceditur Indulgentia 100 ~~annorum~~ dierum

M. A. Maraldus.

Diem S. Joannis Baptistae sacrum, Excellens D. M. Joannes Radistamonius Cinerski, Philosophiae Doctor, Ordinarius Eloquentiae Professor, Collega Minor: similiter festum Visitationis Beatae Virginis Excellens D. M. Jacobus Sosnic, Philosophiae Doctor et Professor, Scholae ad Sacras aedes SS.mi Corporis Christi Senior, doctissimis et devotissimis orationibus, in magno concursu egregiè adornârunt.

Die

Die 14 Septembris publicata est Communicatio Privilegiorum,
Indulgentiarum, meritorum &c missa Roma ab Admodu[m] R[everen]do Pa:
tre F. ~~Fr~~ Joanne à S. Hieronymo, Carmelitarum Discalceatorum
Praeposito Generali, omnibus Oratorio Pietatis Academico incorpo:
ratis, et in posterum incorporandis, quod Cracoviae ad aedes SS:
Michaelis et Joseph est erectum. Quia lecta et publicata,
Consultatio — initum est à DD. Officialibus consilium et deliberatio, quis modus
circa eos, qui incorporari desiderant, sit observandus, ad sanè
effectum participationis omnium Privilegiorum, Indulgentiarum, me
ritorum totius Congregationis; ne postmodum gratia tanta vile:
sceret. Ac primò statutum est; sanè incorporationem
Incorporatio dandum in scriptis — dandam esse, non voce sed per literas patentes, in quibus
literae Admodu[m] R[everen]di P[at]ris Generalis ponantur; Sigillumq[ue] pro
Oratorio esse comparandum, cum tali effigie et scuto, quale
Pater Oratorij, una cum totius DD. Officialibus Oratorij, con:
venientibus iudicaret: siquidem circa hoc punctum differentes
erant sententiae; quibusdam insinuantibus, ut puer Jesus
in medio Doctorum sedens, cum ~~S.~~ Beatissima Virgine et
S. Joseph sculperetur; plerisq[ue], ut sola imago Genitricis Dei
Mariae poneretur. Suadentibus tandem postmodum plurimis,
determinatum est; ut B[eatissi]ma Virgo in medio, stipata Angelis, et
duodecim stellis circa caput praefigeretur: à dextra verò
parte Seraphica Virgo Teresia; à sinistra D. Cantius, lumen et
ornamentum Academiae statueretur. Subtus verò DD. Docto:
res ab una parte, cum sceptris Academicis; ab altera DD. Stu:
diosi, cum sigillo Carmelitarum exprimerentur. Cum tali Inscri:
ptione. Sigillum Oratorij Pietatis Academicae Cracoviensis; apud
DD. Carmelitas Discalceatos. Insuper et hoc additum est, ex
unanimi consensu et approbatione; pecuniam pro sigillo, acci:
piendam esse ex illa summa, quam DD. Thesaurarij ex col:
lecta pia, pro ornamentis parietum congregarunt: dato quod
aliunde non posset eleemosina acquiri. Ac deniq[ue] suf:
fragijs omnibus approbatum est, in sequenti DD. Officialium
Quibus conferendum munus Cancellarij et Magni Secretarij — electione, Cancellarium ~~Sec~~ et Secretarium Magnum, ex gra:
vissimis DD. Professoribus Academicis esse eligendos, qui se li:
teris patentibus, propter maiorem authoritatem subscribere debeant.

Ac

Ac tandem communi voce et suffragys conclusum est; hanc incor-
porationem et literas patentes, eximie ys esse conferendas, qui ali-
quando electi fuerant in Officiales Oratory, et bene suum offici-
um gesserunt, assiduoq; et ferventer actibus Oratory interfue-
runt. Alys autem non esse concedendas, donec uno anno diligenti-
am suam et modestiam probarent; et sive per se, sive per Reve-
rendū P[at]rem Oratory, ad omnes PP. Officiales simul congregatos,
pro ys petitionem instituerent. Nisi quispiam propter iustas cau-
sas vellet ante annum dispensationem obtinere; quod non ita te-
mere denegandum esset. Ut autem debitus ordo hac in
parte servaretur; commiserunt R[everen]do P[at]ri Oratory, ut in sepa-
rata tabula formam aliquam statueret, iuxta quam illi qui
incorporari volunt, sese dirigere debeant. Qui circa hoc punctum
talem modum praescripsit.

Quibus concedendae literae Patentes incorporationis.

MODUS AB IIS OBSERVARI SOLITUS, qui Oratorio Pietatis Academico, apud PP. Carmelitas Discalceatos, Conventus Cracoviensis SS. Michaelis et Joseph, cupiunt incorporari, et Communicationem omnium meritorum, Indulgentiarum ac totius Congregationis Carmelitarum Discalceatorum, habere desiderant.

PRIMO. Omnes incorporandi, statim in ingressu, cum scitu
Patris, eo die quo confitebuntur, et SSmu Eucharistiae Sacramen-
tum sument, Consortium Spirituale, à SSmo Papa Gregorio XV
Indulgentys, ad instantiam Adm. R[everen]di P[at]ris Fr[atr]is Dominici à
Jesu Maria, sanctitate et miraculis clari, Definitoris et Vica-
ry Generalis Carmelitarum Discalceatorum, locupletatum acce-
ptabunt, Professionem Fidei facient, et suum nomen, prima obla-
ta occasione, in album Oratory inscribi procurabunt. Quo
die, pias ad Deum preces fundendo, pro Sanctae Matris Eccle-
siae exaltatione et necessitatibus; necnon Haeresum extirpati-
one, et Principum Christianorum concordia, benedictionem Summi
Pontificis, et Indulgentiam plenariam lucrabuntur.

Exercitia et Indulgentiae variae pertinentes ad Incorporatos in hoc Oratorium pietatis.

Sec:

SECUNDÒ. Semel saltem singulis mensibus Communionem perficient, atq; (ut praefertur) orabunt, eamq; pro Consortibus offerent. Quod si fecerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem, quae animabus Purgatorij applicari possit obtinebunt.

TERTIÒ. Quinquies Pater Noster, vel Ave Maria, et semel Salve Regina, singulis diebus, pro Consortibus recitabunt: eoq; die participabunt de omnium Consortium satisfactionibus, orationibus et impetrationibus. Dicent primum Pater Noster, vel Ave Maria, pro necessitatibus tam spiritualibus quam temporalibus eorum, qui in hoc Consortio reperiuntur. Secundum pro ijs, qui sunt in peccato mortali, ut ab eo quamprimum resurgant. Tertium pro ijs, qui sunt in agone constituti. Quartum pro animabus Purgatorij. Quintum pro iustis, ne in peccatum grave labantur. Hae Orationes non obligant ad ullum peccatum: tantummodò ille, qui eas intermittit, non erit illo die particeps bonorum spiritualium Consortij. Quod si aliqui istarum Orationum fuerint aliquo die obliti, vel infirmitate pressi eas recitare nequiverint; non propterea à dicta participatione exclusi esse censebuntur.

QVARTÒ. Bis in anno Professionem Fidei renovabunt: quam si habere non potuerint, Credo dicent aliquoties.

QVINTÒ. Qui fideliter in Consortio se gesserint; in mortis articulo, si verè poenitentes et confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Jesu et Mariae ore, si potuerint, sin autem, corde devotè invocaverint: Summi Pontificis benedictionem, ac plenariam omnium peccatorum suorū Indulgentiam et remissionem percipient.

Commendatur autem his omnibus, ut successu temporis Sacrum Scapulare suscipiant. Litanias quoq; B.mae Virginis Mariae quotidie recitent: pro quibus 200 dies Indulgentiarum sunt concessi: et Litanias Nominis Jesu, pro quibus 300 dies Indulgentiarum assignantur.

Studeant quoq; retinere laudabilem illam consuetudinem, se invicem salutandi per verba: Laudetur Jesus Christus. Et respondendi; In saecula, vel Semper, vel Amen: siquidem tam salutantes, quam respondentes, 50 dies Indulgentiarum consequuntur, ubicunq; id factum fuerit. Item assuescant nomen dulcissimi

Jesu

Jesu ore nominare reverenter, et nomen Suavissimæ Matris Mariæ pronunciare: quandoquidem singulis vicibus quibus nomen Jesu vel Mariæ usurpant, 25 dies Indulgentiarum lucrantur. Quod si frequentem usum habuerint, prædicto modo se salutandi et respondendi, aut nomen Jesu vel Mariæ nominandi, sciant se in articulo mortis, si nomen Jesu vel Mariæ ore, vel corde, si ore non potuerint invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem consecuturos.
Postquam vero se diligenter in Consortio Spirituali, iuxta præscriptum exercuerint, petent à Patre, ut ad Bullas Urbani VIII recipiantur. Quibus ille iniunget, ut præmittant aliquo determinato tempore Confessionem et Communionem, eosdemque commonefaciet, quod illo die plenariam Indulgentiam obtinebunt, et in articulo mortis, si vere pænitentes ac confessi, et Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin autem, corde devote invocaverint, quod etiam plenariam Indulgentiam lucrabuntur.
Curabunt quoque die Conceptionis B. M. V. in Oratorio quotannis devote confiteri et communicare, vel saltem alibi communione expedita, Oratorium à primis vesperis, usque ad occasum Solis festi huiusmodi visitare: ibidemque pro Christianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effundere: quo die plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem consequentur.
Idem similiter facient in Nativitatis Domini, in Assumptionis B. M. V., Primi Pentecostes, ac S. Catharinæ festis diebus: quibus septem annos Indulgentiarum, et totidem quadragenas obtinebit.
Qui vero prædicta egerint ijs diebus, quibus 40 horæ instituentur, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem percipient. Quoties vero Missis, ac alijs divinis Officijs, in dicto Oratorio pro tempore celebrandis et recitandis, aut Congregationibus publicis vel privatis ipsius Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint: ac etiam, qui Corpora quorumcunque defunctorum ad sepulturam associaverint, aut quascunque Processiones de licentia Ordinarij faciendas, et Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum, tam in Processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicunque et quomodocunque pro tempore defertur, comitati fuerint: aut si impediti

pediti, campanæ ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam dixerint; aut etiam quinquies Orationē et Salutationem, easdemq; pro animabus defunctorum Confratrum eiusdem Oratorij recitaverint; aut denium aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes præcepta Dei, et ea quæ ad salutem sunt necessaria docuerint; aut quodcunq; aliud pietatis et charitatis opus exercuerint; toties pro quolibet præfatorum operum, 60 dies de iniunctis eis, aut aliâs quomodolibet debitis pænitentijs; in forma Ecclesiæ consueta obtinebunt.

Ac demum unius Anni spatio in ijs Exercitijs emenso, atq; a modestia et frequentia in Oratorio habitâ commendatione, a Patre Oratorij petent, ut à DD. officialibus Maioribus literas Patentes pro ipsis impetret, in quibus à Patre Præposito Generali Carmelitarum Discalceatorum, incorporatis Oratorio, conceditur participatio omnium Privilegiorum, Indulgentiarum, et operum Congregationis. Nisi forte aliqui ex iusta causa velint ante annum literas hasce à DD. Officialibus per dispensationem obtinere; quod liberum erit.

SPECIALES QUÆDAM SACRI SCAPULARIS INDULGENTIAE.

Indulgentia Sacri Scapularis.

Præter illas Indulgentias, quæ omnibus sunt obviæ, Confratres Scapularis, ratione Indulgentiarum dictarum Stationum Urbis, singulis diebus lucrantur Indulgentiam plenariam; modo in quacunq; Ecclesia unum aut duo altaria visitent, et pro libitu Orationes ad Deum fundant, atq; à peccato mortali immunes existant. Si vero domi, vel in alio quocunq; loco extra Ecclesiam fuerint: similiter Indulgentiam plenariam singulis diebus consequentur: recitando sex vicibus Pater noster, et Ave Maria: scilicet quinq; in honorē B.mæ Virginis, et unū pro Summo Pontifice; subiungendo in fine singulorum Pater Noster etc. et Ave Maria, Gloria Patri et Filio etc. Hæ postremæ Indulgentiæ possunt animabus Defunctorum applicari per modum suffragij ita ut illas quotidie offerendo pro Defunctis, liberent unam animam ex Purgatorio. Singulis quoq; diebus Dominicis, et ferijs quartis, visitando quamcunq; Ecclesiam, Confratres liberant unam animam ex Purgatorio. Itemq; feria tertia post primam Dominicam Quadragesimæ. Similiter Sabbatho post Dominicam secundam Quadragesimæ.

gesima. Praeterea feria sexta, et die Sabbathi post Dominicã Passionis. Denique feria quinta et die Sabbathi infra Octavã Pentecostes. In festo quoque die S. Joannis ad portam Latinã in Maio, et S. Joannis Evangelistae in Decembri. Omnibus istis diebus, praeterquam quod Indulgentiam plenariam obtinent, unam animam ex Purgatorio liberant. Has Indulgentias, tametsi Paulus V revocaverit; tamen easdem postea imprimi in Camera Apostolica, et publicari fecit.

CONDITIONES SACRI SCAPULARIS.

Conditiones Sacri Scapularis.

Etsi nullus recipiendo hoc Sacrum Virginis Scapulare, ad aliquid faciendum, vel sub veniali culpã obstringatur; tamen qui meritorũ, Indulgentiarum, ac Privilegiorum huius Sacrae Confraternitatis particeps esse desiderat, necesse est, ut tres infrascriptas conditiones observet: aliâs pro ea hebdomada, quâ illas intermittet, fructu vel beneficio Sacri Scapularis privabitur: et si interim ex hac vita migraret, hisce Privilegiis, ratione Scapularis concessis, non frueretur. Videlicet, illis gratiis, quae B. Simoni Stok his verbis promittuntur [Dilectissime Fili, recipe tu Ordinis Scapulare, meae Confraternitatis signum, tibi et cunctis Carmelitis Privilegium: in quo quis moriens, aeternum non patietur incendiũ. Ecce signum salutis, salus in periculis, foedus pacis et pacti sempiterni.] itemque meritorum universalis Ecclesiae participatione non gauderet. Privilegio quoque Bullae Sabbatinae non frueretur, quod Joannes XXII publicavit, corroboravit, et confirmavit pro animabus eorum, qui in Purgatorio existunt, et habitum huius religionis gestarunt, vel Confraternitatem ingressi, vel Confratrum numero ascripti fuerunt, in honoré B. Mariae Matris Dei: cuius intercessionibus continuis, piis suffragiis et meritis, ac speciali protectione, die Sabbathi post decessum ex hac vita eas eliberari pie creditur.

Prima igitur conditio est, ut Sanctum hoc Scapulare recipiat à Sacerdote, cui ad id munus in Ordine Fratrum Carmelitarum facta sit potestas, et illud super se diurno ac nocturno tempore semper gestet. Quod si illud amittat vel destruat, poterit aliud toties quoties applicare. Nec refert,

refert, siue sit de nouo benedictum, siue non sit: cum primis vicibus benedictio et applicatio, personae fuerit concessa, quae primario et principaliter attenditur.

Secunda conditio est, ut castitatem pro suo statu colat. Circa quam aduertendum est; Confratrem nullo voto aut promisso nouo, quod vim ad obligandum habeat, sub mortali peccato se obligare, sed hic propositum tantummodo intercedere.

Tertia conditio est, ut Officium paruum B.mae Virginis singulis diebus recitet. Quod si illud legere nesciant, diebus Mercurij et Sabbathi à carnibus abstineat. praeterquam si his diebus festum Natiuitatis Domini occurrerit. Usus inualuit, ut loco Officij parui B.mae Virginis septem Pater et Aue quotidie recitetur; sed eum dubium reddit nouissimum Pauli V Summi Pontificis decretum, quod huius permutationis non meminit. Quod si aliqui particulares Orationes, veluti septem Pater et Aue, aut psalmu De profundis, aut alias Orationes à Confratribus exigunt; hoc fit non ratione Scapularis, sed ut speciales Indulgentias, à varijs Pontificibus Confraternitati concessas lucrentur.

Laus Deo et Beatissimae Virgini Mariae, Carmelitarũ Matri.

Die XXV Nouembris, praemisso Sacro, in honorem D. Catharinae Studiorum et Studiosorum Patronae, ab Adm. R.do et Excell.mo D.no M. Bartholomaeo Grzybowski, S. Theologiae Professore, Canonico S. Floriani etc solennissime decantato, et oratione in laudem Diuae habita, ab Ill.mo D.no Sigismundo Dönhoff, Palatinida Siradien. etc celebrata est Electio nouorum DD. Officialium. Quod similiter festum Generosus ac Magnificus D. Venceslaus H. Vlerich, Succamerarides Luceorien, egregia oratione mirifice exornauit.

Die S. Andreae, congregatis DD. Officialibus, quaestum est; an pro ijs, qui incorporari petunt, congregandum sit plenum consilium; an vero certus numerus sufficiat eorum DD., quibus id committendum sit. Et resolutum est: omnes DD. Officiales esse conuocandos.

In Mense Decembri, Perill.is et Adm. R.dus D. Erasmus Kretkowski, Praepositus et Officialis Cracovien. etc Breuia duo ab Urbano VIII emanata, et superius posita; itemq Communicationem Priuilegiorum, Indulgentiarum etc ab Adm. R.do P.re Praeposito Generali Carmelitarũ D. sc:

Electio DD. Officialium in festo D. Catharinae V.M.

Consultatio De Incorporatione.

Discalceatorum, Oratorio incorporati DD. concessam, sub hac verborum forma et tenore approbavit.

Rewisio Brevium à S^mo D. Urbano 8. Summo Pontifice huic Oratorio datorum et Privilegiorum facta ab Illmo D^no et R^ndo Loci Ordinario

Ill^ris ac Adm. R^dus D^nus Erasmus Kretkowski, Praepositus Cracovien., Cantor Wladislawien., Vicarius in Spiritualibus, et Officialis Generalis, in Civitate ac Universa Dioecesi Cracovien., introcontentas literas, revisione illarum facta, iuxta vim, formam, tenorem, et continentiam earundem ad publicandum admittendas esse duxit, et admisit. In quorum fidem etc. Cracoviae 22 Decembris A.D. 1635.

S. Spinek, I.V.D. Con^ry Crac: Actus.

Concessit quoque licentiam erigendi Oratorium, prius voce concessam, à Perill^ri et Adm. R^do D^no D. Petro Gebicki, Decano Cracovien., Administratore Episcopatus Cracovien., per literas Authenticas duplices, in ordine ad obtinendas praedictas Indulgentias. Prima Concessionis tenor hic est.

Erectio et Confirmatio huius erectionis Oratorij Pietatis Academicae ad Ecclesiam SS. Michaelis et Joseph siti facta. Die 22 Decemb. 1635

Erasmus Kretkowski, Praepositus Cracovien., Cantor Wladislawien., Vicarius in Spiritualibus, et Officialis Generalis in Civitate ac Universa Dioecesi Cracovien., S.R.M. Secretarius.

Universis et singulis, cuiuscunque status, dignitatis, et praeminentiae significamus. Quia nos facta diligenti et accurata revisione loci, Ecclesiae, seu Capellae, Oratorium Pietatis Academicum ~~in~~ nuncupat. illud nullo evidenti periculo, aut Ecclesiastico interdicto subiacere comperimus, erigendumque ac instituendum esse duximus, uti quidem authoritate ordinaria erigimus ac instituimus in Dei nomine per presentes. Quibus in fidem etc. Datum Cracoviae Die vigesima secunda Decembris. Anno D^ni, Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quinto.

Locus Sigilli.

Stanislaus Spinek I.V.D., Con^ry Crac: Actus.

Secundae Concessionis talis est forma.

Erasmus Kretkowski, Praepositus Cracovien., Cantor Wladislawien., Vicarius in Spiritualibus, et Officialis Generalis in Civitate ac Universa Dioecesi Cracovien., S.R.M. Secretarius.

Licentia seu facultas data pro celebrando Missae Sacrificio in eodem Oratorio Pietatis Academico

Universis et singulis, cuiuscunque status, dignitatis, et praeminentiae significamus. Quia nos facta diligenti et accurata revisione loci, Ecclesiae, seu Capellae, Oratorium Pietatis Academicum nuncupat. illud nullo et evidenti periculo, aut Ecclesiastico interdicto subiacere comperimus, erigendumque et instituendum duximus, uti quidem authoritate ordinaria erigimus et instituimus in Dei nomine per presentes. Praeterea cuicunque Presbytero, rite et legitime ordinato; non tamen, vago, Excommunicato, aut ab Exercitio

suorum

suorum Ordinum suspenso, per Superiorem Conventus, seu Praefectum eius- dem Capellae admittendo, in eadem Capella, nondum per aliquem Antisti- tem Catholicum consecrata, Sacrum Missae Sacrificium peragere, ver- bum Dei praedicare, loco illo prius aqua benedicta asperso, provi- soque ne ibi evidens aliquod suboriatur periculum, locusque Ecclesi- asticus non subiaceat Interdicto, cereis candelis accensis ac alijs ceremonijs, iuxta ritum S. Romanae Ecclesiae adhibitis, faculta- tem concedimus, praesentibus literis nostris hinc ad Consecratio- nem futuram dictae Capellae, quam quantocius procurare de- bent valituris. Quibus in fidem Sigillum nostrum est subimpres- sum. Datum Cracoviae 24 Decembr. Anno 1635.

Locus Sigilli

Erasmus Kretkowsky, Praepositus et Officialis Generalis Cra- covien. mpp.

Et quia praedictus D. Officialis, adhuc in Mense Novembri, permisit in- vocem, publicari supranominatas Indulgentias, ideoque ubi eandemque concessionem die 4 Decembr. renovavit; ideoque publicati in Orato- rio duabus Bullis Urbani 8; in Dimidium quae incipit: Cum sicut accepimus; in qua pro festo die Conceptionis B.mae Virginis conceditur Indulgentia plenaria, solemnitas cum expositione S.mi Sacramenti est instituta: quam Exc.mus D. M. Laurentius Alphonsus Karynski, Philosophiae Doctor, et in Collegio DD. Iurisperitorum Professor, ora- tione mane habita; itemque Exc. D. Thomas Canevesius, altera ora- tione horis pomeridianis habita, pie et eleganter adornârunt. haecque devotio ad Crepusculum usque est protracta.

Die XXI Decembris, convocatis DD. Officialibus, deliberatum est, an renunciatio Secretariatus, ratione cuius se patentibus subscri- bere debebat Adm.s Rdus et Exc.s D. M. Iacobus Vitellius, Tili- cianus Eloquentiae Professor, Collega Maior, Canonicus S. Annae, Provisor Nowodworscianus, quam in scriptis transmisit, eo quod ipsi onerosum istud officium videretur, esset acceptanda. Cuius re- nunciationis erat hic tenor.

Magnifici et Nobiles Dni Consiliarij, Oratorii Academicae.
Cum ego sim officijs indies incurrentibus maioribus distractus, officium Secretarij non possum rite agere. Quapropter rogo, procedatis ad alte- rius Electionem, post meam resignationem. Quibus in rebus potero per meam infirmitatem inservire Oratorio, facturum me polliceor non grava- tim. Ex Musaeo meo 20 Decembr. A. 1635.
DD. Vestrarum addictissimus.
Nobilibus et Magnif. DD. Vestris
M. Iacobus Vitellius mpp.

Initium solemnis Devotionis in Festo Immaculatae Conceptionis.

Consultatio circa renunciationem Adm.i Rndi. et Excell.mi D. M. Iacobi Vitellij.

Et post multiplicem controversiam ac disceptationem; dum alij suaderent, ut ipso in officio remanente, substitutus illi assignaretur; alij vero vellent, ut duo Secretarij eligerentur: tandem acceptata est renunciatio. In cuius locum electus est, Adm Rdus et Excell.mus D. M. Melchior Porebius, Collega Maior, S. Theologiae Professor et Baccalaureus, Canonicus S. Annae &c. quod officium idem Professor, cum magna alacritate, ob cultum Bmae Virginis promovendum suscepit.

Festa Natalitia, egregijs et ad devotionem compositis elucubrationibus, summa cum laude adornarunt; Exc. D. M. Joannes Raestamonius Cinerski, Philosophiae Doctor, Ordinarius Eloquentiae Professor, Collega Minor. Adm Rdus et Exc. D. M. Stephanus Swiechowski, Philosophiae Doctor et Professor, Praepositus Skalicen. Adm Rdus D. Gabriel Adalbertus Brzezinski. Mag.cus D. Franciscus Lesniowolski, Capitaneides Bransen.

ANNO DOMINI MDCXXXVI.

Festum diem Circumcisionis Domini, praemisso Sacro à Perill.ri et Adm Rdo Dno Gaspare Bobola, Canonico Ecclesiae Cathedralis Cracovien, cum magna solemnitate decantato, Ill.mus D. Christophorus Balduinus de Tęczyn Ossolinski, Eques Auratus, Capitaneus Stobnicen, S. R. M. Cubicularius, in magno concursu egregiè adornavit. Alij quoque diebus Dominicis subsequentibus, non sine magna laude peroraruntt: videlicet Mag.cus D. Paulus Kurdwanowski, Generosus D. Iwanicki. Similiter diem festum Purificationis Bmae Mariae Virginis, Exc. D. Thomas Canevesius, secundae laureae in Artibus et Philosophia Candidatus, oratione doctâ et piâ, cum summo applausu et aedificatione illustravit.

Imago Bmae Virginis, in altari Oratorij posita, plurimis coruscare non cessat miraculis: ita ut omnes, qui ad patrocinium ipsius confugiunt, se particulares gratias obtinere, et voti compotes fieri, pleno ore depraedicent. Quocirca plerique argentea illi vota obtulerunt; scilicet Excell.mus Dnus M. Joachimus Beronowic, Philosophiae Doctor, Cursus Philosophici Vladislaviana fundationis Professor, ob faelicem in Sacra Professione decursum. Exc.mus Dnus M. Matthaeus Kwiasewic, Philosophiae Doctor et Professor; itemque venerabilis Dnus Andreas Kalyss, Artium et Philosophiae Baccalaureus: qui à morbo liberi evaserunt, postquam imagini Serenissimae Deiparae sese supplices commendarunt. Ingenuus Dnus Basilius Kuźmic Studiosus, qui ex quadam gravi persecutione, ope Bmae Virginis similiter implorata ereptus est. Excell.mus Dnus M. Albertus Woitowicki, Philosophiae Doctor, Professor Novodvorscianus Grammaticae. Generosus ac Magnificus Dnus Vladislaus de Oporow

Devotio ad imaginem B. V. Mariae in Oratorio sitam. Miracula et Vota.

Oporow Milonski, qui in afflictionibus innumeris, quotiescunque istius ima:
ginis recordatur, sibi semper patrocinium adesse multoties recognoscit.
Ingenuus D. Stanislaus Pawetkowic, Rethoricæ Studiosus.
Inter alios, Ingenuus D.nus Słowikowski, Studiosus Poëseos, gan:
grena morbo in pede gravissime affectus, quam toties absque ullo remedio
renovatam, ex consilio et præscripto Medicorum iamiam secare debebat
chirurgus; cum ad varias imagines B.mæ Virginis, miraculis claras, voti
emittendi causa cum magna humilitate confugisset, nec tamen gratiam
obtinuisset: cum magna fiducia exclamavit; se ab hoc morbo liberatum iri,
si ipsum Domina parens Imagini Oratorii obtulisset. Mater avida sani:
tatis filii annuit; atque exinde caro putrefacta, cum stupore Excell.mi
D.ni Innocentii Petricii, Medici Clarissimi, et aliorum, astantium, exci:
dere et renovari cœpit; nec ullum deinceps fistulæ locum reliquit,
omnesque consolator reddidit. Grata tanti beneficii parens, sacrum voti:
vum cum magna solemnitate in Oratorio decantari petiit; et ob tan:
tæ gratiæ memoriam, pedem argenteum reliquit. Benedicta sit SS.ma
Virgo, quæ Oratorii Academici pietatem munifice propagat et exaltat.
Die 30 Martii, Exc.mi DD. Professores Almæ Universitatis Craco:
vien., unâ cum præcipuis Senatorum Illustrissimorum, ac Magnatum Re:
gni Poloniæ Filiis, et nobilissima, ac frequentissima iuventute Aca:
demica, Adm. R.dum P.rem N.rum P. F. Eugenium à S. Benedicto,
Provincialem Germaniæ, Visitatorem Generalem Provinciæ Poloniæ, cum de:
bita veneratione, honorificentissime salutarunt. Qui dum pie:
tatis erga Imaginem B.mæ Virginis, testis esset oculatus, eandem
cum aliis imaginibus ritu Episcopali, in festo Annunciationis
eiusdem ~~ritu Episcopali~~ benedixit, duabusque devotissimis orationi:
bus, in laudem Serenissimæ Deiparæ habitis, cum magna satisfa:
ctione et consolatione interfuit: quarum unam Excellentissimus
D.nus M. Laurentius Alphonsus Karynski, Philosophiæ Doctor,
et Novorum Iurium in Collegio Iurisperitorum Professor; alte:
ram Excell.mus D.nus M. Thomas Cancuesius, Philosophiæ Do:
ctor et Professor, in magno concursu, pie, ornate, et luculen:
ter, et disertissime habuit.
Apud eundem Admodum R.dum P.rem Visitatorem, omnes DD. Officiales
Oratorii, unâ cum tota iuventute Academica, ferventissime institerunt,
ut Adm. R.do P.ri N.ro Præposito Generali, pro beneficio Communicatio:
nis Privilegiorum, meritorum, Indulgentiarum ac totius Ordinis Carme:
litarum Discalceatorum, DD.is Oratorio Pietatis Academico incorporatis conces:
so, solennissimas nomine omnium ageret gratias: simulque per eundem Patrem
literas

literas ad Adm Rdum Prem Praepositum Generalem miserunt, in quibus libera:
litatem istam, effusissime in Oratorium testatam, summis extollunt encomys, omni
q[ue] gratitudinem, et erga religionem Carmeliticam debitam observantiam, ma:
gna cum animi demissione pollicentur.

Hoc Anno, diem Ascensionis Domini, et reliquos subsequentes, Cracovia quie:
tissimos et pacatissimos invenit; cum antecedentibus temporibus, plurimi tumultus,
cum caede multorum Studiosorum excitarentur, quando nondum fuit Oratorium
apud PP. Carmelitas Discalceatos erectum.

Die 8 May, congregatis DD. Officialibus, propositum fuit; an tribus die:
bus Pentecostes, vigore Brevis Apostolici. Ad augendam; 40 horae essent
instituendae: et DD. Studiosi ex Contubernys et Scholis, horis determinatis
essent convocandi; quatenus hanc solennitatem pys cantilenis, et Litanys
adiuvarent, et semper aliqui SSmo Eucharistiae Sacramento assisterent.
Et conclusum est affirmative.

Quadraginta horae. instituuntur in Oratorio Pietatis.

Deinde quaesitum fuit, an monile cum adamantibus esset vendendum, quia
vix secure poterat asservari; maxime cum iam semel furto sublatum
fuisset: et an pro precio habito, reliquiarium argenteum esset comparan:
dum. Et similiter responsum est affirmative.

Consultatio de venditione cuiusdã moniti dati ad Imag[in]em

Praeterea in eadem consultatione, proposita sunt plurima eorum nomi:
na, qui sibi literas patentes dari petierunt, pro participatione meri:
torum, Indulgentiarum etc. tribus Congregationis Carmelitarum Discalcea:
torum. Qui omnes ad hanc Communicationem sunt admissi.

Praecipue vero DD. Officiales commendarunt Rdo Pri Oratory, ut
si forte aliqui Sacerdotes, nobiles, et aly viri in aliqua dignitate co:
stituti, Patentes petyssent; eis non denegarentur: quia hoc plurimum
ad Oratory splendorem et dignitatem conferre videbatur.

Similiter petitum fuit; unde Positivum, quod vili precio a Magco
Dno ~~Et~~ Brostowski vendebatur; ex eo, quia Pr Oratory ipsi
huius anni Litanias in Oratorio cani solitas se applicaturum polli:
cebatur; esset solvendum. Et quidem DD. Thesaurary suam ope:
ram offerebant, quod vellent ab omnibus Oratorium frequentantibus
collectam piam emendicare, ut pecunia pro ornamentis parietum an:
tea congregata, integra servaretur. Tamen cum determinatio sollicite
a DD. Officialibus requireretur, quid in defectu eleemosinae faciendum es:
set; resolutum est per acclamationem communem, dato quod alia elee:
mosina conquiri non posset, ex antiqua collecta pia Positivum esse per:
solvendum. Unde cum DD. Thesaurariorum frustraneus esset labor in
cumulanda pecunia, et quia iam antea 33 floreni pro sigillo argenteo
Oratory erant expensi, Pater ex collecta pia debuit solvere Positivu,
cum reparatione illius et Arca, pro Summa 76 florenoru. Tandem
quia erat impossibile, ut ornamenta parietum ex residua pecunia 134
florenoru compararentur, et nulla spes affulgeret ulterioris eleemosinae

congrir:

conquirendae; et quia pueri Positivum, quod locum in Oratorio non habe:
bat destruebant: suadentibus, imo et rogantibus DD. Officialibus in con:
sultatione, quae postmodum die 8 May est congregata, pro nonnullis oc:
currentibus difficultatibus, quae conclusionem, et determinationem habe:
re non potuerunt; residuum pecuniae pro Choro, ~~quod~~ qui ad ornamentu
Oratorij plurimum deserviebat, expendi debuit.

Die 11 May, id est Dominica Pentecostes, et duobus sequentibus die:
bus, Oratio 40 horarum, cum Indulgentia plenaria, et expositione SS.mi
Sacramenti, solennissime in Oratorio est instituta: quam plerique Perill.res
et Adm. R.di DD. Canonici Cracovien. praecipue D. Erasmus Kretkowski,
Praepositus et Officialis totius Diaecesis Cracovien. D. Lucas Dębski. D.
Gaspar Bobola. D. Daniel Sigonius. D. Lypnicki, sacro solen:
niter decantato, et alij vespertinis horis, cum magna omnium aedificati:
one adornarunt. Eam quoque festivitatem, Excell.mi DD. Professores, et
Magnatum Regni Poloniae Filij, ac tota iuventus Academica, iuxta ho:
ras pro Scholis et Contubernijs assignatas, mirum in modum, cum magno
fervore et devotione, cantu, et musica promoverunt. Orationibus
quoque de Spiritu Sancto habitis, in magna doctissimorum virorum corona,
et nobilissimae iuventutis frequentia, cum magno applausu, tres infra:
scripti DD. mirifice collustrarunt; videlicet. Ill.mus D. Constantinus
Alexander, Dux in Zaslaw, Palatinides Kiiovien. Mag.cus D. Iaco:
bus Rozdrazewski, Comes in Rozdrazew. Mag.cus D. Paulus Kurdwa:
nowski. Addidit huic festo magnam celebritatem, conversio insi:
gnis Medici Arriani, D. Arciszewski; qui in Oratorio Pieta:
tis Academico, praeceptis fidei imbutus, et sufficienter instructus, in
Parochiali Ecclesia S. Mariae Virginis in Circulo Cracovien. sacro Ba:
ptismi lavacro, in praesentia Ill.mi Dni D. Iacobi Zadzik, Episcopi
Cracovien. à Perill.ri et Adm. R.do Dno Erasmo Kretkowski, Praeposito
et Officiali Cracovien. regeneratus, et postmodum à praedicto Antistite, Con:
firmationis Sacramento corroboratus fuit: posteaque in Oratorio, Paeniten:
tiae et Eucharistiae Sacramenta percepit.

Electio DD. Officialium in Festo Pentecostes

Feria secunda Pentecostes, horis pomeridianis, Electio novorum DD. Offi:
cialium est celebrata; praesidente Excell.mo Dno M. Gregorio Modlynski,
Philosophiae Doctore, eiusdemque Regio in Collegio Maiori Professore.
In eadem, Deputati DD. ut se Regestro Perceptorum et Expensarum sub:
scribant, confirmati sunt; scilicet: Exc.mus Dnus M. Lucas Piotrowski,
Philosophiae Doctor, Professor Nowodvorsc: Dialecticae, Collega Minor.
Venerabilis D. Bartholomaeus Casimirus Procizynski, Artium et Philoso:
phiae Baccalaureus.

Die 25 May, id est Dominica infra Octavam Corporis Christi, Processio:
nem PP. Carmelitarum Discalceatorum, per Plateam Grocensem, cum Vene:
rabili

rabili Eucharistiæ Sacramento peragi solitam, sed præcipuorum Senatorum, Magnatum, et nobilium Regni Poloniæ Fily, cum introitys albis proprio sumptu comparatis, prout etiam alys annis factitatum fuerat, ad vexillum D. Canty, reliquias notabiles, et Sanctissimum Sacramentum, ordinatè, modestè, graviter, et piè prodeuntes, mirum in modum adornarunt: quos plerasq; inventus splendidè vestita, cum cereis deauratis et crucifixis, circumcirca antecedebat. Quorum nomina et cognomina, ad posteritatis memoriam et exemplum, in Instructionibus Oratory annotantur.

Indies maior ac maior devotio, et frequentia, fervenbus in Oratorio, cum maxima omnium ædificatione propagari cœpit: maximè quando cum Positivo Litaniæ, et aliæ piæ cantilenæ, singulis festis et Dominicis diebus canerentur. Crevit quoq; Confessionum et Communionum frequentia: quæ pietas Vniversitati Cracovien. vix credibilem famam et existimationem conciliavit.

Die festo Visitationis B.mæ Virginis, præmisso Sacro, à Perillustri et Admodum R.do D.no Lipnicki solennissimè decantato, habita est oratio ab Excell.mo D.no M. Thoma Canevesio, Philosophiæ Doctore et Professore. Diem similiter natali D.ni Joannis Baptistæ sacrum, Generosus ac Magnificus D.nus Nicolaus kuropatwa, Eloquentiæ Studiosus: itemq; S. Mariæ Magdalenæ festum, Excell.mus D.nus M. Laurentius Alphonsus karynski, Novorum Iurium in Collegio DD. Iurisperitorum Professor, oratione nervosa, ornata, docta, et ad pietatem composita, in magna Auditorum doctissimorum frequentia, summopere illustrârunt.

Pro monili vendito, comparatum est reliquiarium argenteum, in eoq; crux ænea, Adm. R.di P.ris F. Dominici à Iesu Maria, sanctitate et miraculis clarissimi reposita, et notabiles aliquot reliquiæ, donatæ Oratorio, ab Adm. R.do P.re F.re Alberto à S. Maria Magdalena, Priore Cracoviense, nimirum: S. Leonis Papæ et Confessoris. S. Alexandri Martyris 9 February. S. Benonis Confess. S. Basileæ Virginis. Dens quoq; ex societate S. Vrsulæ Vndecim Millium Virginum et Martyrum.

Hoc reliquiariũ argenteum factũ per modũ Crucis quia nõ placuit multis, venditũ est. pecunia accepta pro eo expensa est pro alys usibus, ut iacet in libris expensarum.

Ampullæ quoq; argenteæ, quæ parum vini capiebant, ex consensu Adm. R.di D.ni Stanislai Niewiarowski, Parochi Zbuinen., qui eas Oratorio donaverat, et cæterorum DD. Officialium determinatione, pro eodem reliquiario sunt assignatæ: quia pecunia pro monili accepta, in alios quoq; vsus Oratory converti debuit.

Die 24 Septembris, eiusdem Anni D.ni 1636, R.dus P.r F. Iacobus à SS.ma Trinitate, Pater Oratory, rebus omnibus in Oratorio ritè et ordinatè compositis, Cracoviâ Posnaniam discessit.

LAVS DEO, ET BEATISSIMAE VIRGINI MARIAE, CARMELITARVM MATRI.

Anno Dni. M.DC.XXXVI. Die XXVII. Mensis Septembris
Adm R. P. F. Franciscus à S. MARIA Provincialis Carmelitar. Discalceat. Provinciae S. Spūs per Regnum Poloniae; in Patrem Oratorij Pietatis designavit Rndum Pr̃em Fr̃em Simonem Paulum à IESV MARIA protunc Sacrae Theologiae in Conventu Cracoviensi Praelectorem.

Diem omnium Sanctorum festivissimae dicatum memoriae, eleganti Oratione decoravit Excell.s D. M. Thomas Canevesius Philosophiae Doctor et Professor.

Electio DD. Officialium in Festo D. Catharinae V. M.

Die D. Catharinae Patronae singularis Oratorij Pietatis, solemnissime decantato Sacro à Perillustri et Adm. Rndo Dno Alberto Serebrynski Canonico Cracovien. Tarnovien. et egregia Oratione habita per Illust.m D. Sigismundum Dynoph Palatinidem Siradien. Electio DD. Officialium pro more celebrata est; et libro Electionum inserta. Tandē solemni Conclusione ac processione cum Venerabili Sacramento ex Oratorio ad Ecclesiam Patrum, cum summa Nobilissimae iuventutis assistentia cum luminaribus et intorcitijs alijs quam plurimis, immediatè ante solis occasum Deuoto terminata est.

Die 2 Novemb. Excell.s D. M. Christophorus Bernowicz Philosophiae Doct. et Profess. ob singularem devotionem erga imaginem B.mae Virginis Oratorij Pietatis, proconceptam; votum argenteum obtulit.

Die S. Martini M.cus D. Martinus Krasicki

Sancti Andreae. Excell.s D. M. Andreas Lipnicius Philos. Doctor et Prof. Diui vero ~~Andreae~~ S. Nicolai Epi et Conf. Mag.cus D. Nicolaus Zugowski cum Sacro solemniter decantato: uti veri suorum Patronorum Cultores, elegantissimis Orationibus celebrarunt.

In festo Immaculatae Conceptionis B.mae V. MARIAE, Titulari huius Oratorij Pietatis, post decantatam solemniter Missam à Perillustri ac Adm. Rndo D. Gaspare Postola Cracovien. Canonico; Excell.mus D. M. Laurentius Alphonsus Korynski Doctorum Iurium in Collegio DD. Iurisperitorum Professor elegantissime in laudem Gloriosae Virginis peroravit matutino tempore; Vesperi verō Excell.mus D. M. Albertus Zanucki Philosophiae Doctor et Prof. egregia Oratione Encomiastica devotionem conclusit.

Festa Natalitia Christi Domini. Excell.mus D. M. Joannes Radtamowius Gynerski Phiae Doct. et Prof. Collegij minor. Mag.ci D. Joannes Dębinski. D. Paulus Kurdwanowski. Gnosus D. Biderman, Orationibus pulcherrimis, et musica decorarunt.

ANNO DNI M.DC.XXXVII.

Die Epiphaniae. M.cus D. Damianus Kretkowski ~~Palat~~ Castell.ides Brzescen. eleganter peroravit.

Die Divae Agnetis, Mag.cus D. Joannes Stradomski, Oratione Encomiastica et Musica decoravit.

Festo D. Casimiri Patroni Regni Poloniae splendorem addidit sua eleganti Oratione Mag.cus D. Joannes Kopec.

In celebritate S. Joseph Sponsi B.mae Virg.is solemnissime Sacrum decantavit Perillustris et Adm. R. D. Erasmus Kretkowski Praep.tus et Officialis Cracovien. post meridiem Excell.mus D. M. ~~Laur~~ Joannes Radtamowius Gynerski Phiae Doct. et Professor Collegij Minor; Oratione docta et ornata, encomia D. Joseph recensuit.

Die Annunciationis B.mae V. Mariae. Excell.s D. M. Kubicki Philo.ae Doctor et Professor Rhetorices, egregiē peroravit.

Dominica Passionis, beneficia nostri Salvatoris Oratione ad devotionem composita Gnosus D. Biderman insigniter proposuit.

Festa Paschalia elegantissimis Orationibus, et insigni musica. Ill.mi ac Mag.ci Dni D. Jacobus Comes in Rozdrażew Rozdrazewski. D. Franciscus Lesniowski Capitaneides Brzescensis. D. Stanislaus Kochanowski Castell.ides Malagostens. illustrarunt.

Deum Divo Adalberto sacrum, uti civus Patroni sui cultor. Mag. cus D. Adalbertus Parys Capiteides Cersceň egregia Oratione praemisso Sacro solemniter cantato illustravit.

Prima die Festi Pentecostes, Illustriss. us D. Isidorus Dux in Zaslaw Palatinides Kiovieň in magna nobilissimorum frequentia auditorum laudabiliter peroravit; aderat huic oratori Ill. s et Mag. cus D. Ligeza Castellanus Sendomiriensis.

Sequenti die post decantatum cum Musica Sacrum et Orationem habitam à Mag. o D. Martino Krasicki Capitede Doliněn. Electio DD. Officialium celebrata est. statimq Libro electionum inserta. Ultima die Mag. cus D. Joannes Kopeć insigniter peroravit. — Electio DD. Officialium in Festo Pentecostes.

Die 15 Januarij Adm. R. dus et Excell. Mag. Bonko, ex quadam gravissima, in quam inciderat, afflictioni, ope Virg. is S. mae cui se specialius ante imaginem in hoc Oratorio Pietatis constitutam commendabat, ereptus, voti compos factus laminam argenteam in signum gratitudinis obtulit. — Votum Imagini B.V.M. oblatum.

Festum. Divi Joannis Baptae et diem S. Margaretae Excell. mi DD. Magri D. Albertus Lancicki et D. Joannes Radtamowicz Cyrerski facundis ordinibus celebravit.

Dominica infra Octavam Corporis Christi. Processionem, quae quotannis à PP. Carmelitis Discalceatis per plateam Castrensem fieri solet cum Venerabili Sacramento, plurimi Insignium Senatorum ac Magnatum Filij cum intorticijs et candelis cereis albis proprio sumptu comparatis, prout etiam annis praecentis practicatum est, ex summa ergà hoc divinissimum Sacramentum devotione et affectu singulari gratitudinis ergà Patres praedictos ob curam Oratorij pietatis ab ijsdem assumptam; cum vexillo D. Cantij, comitantibus pluribus alijs huius Almae Universitatis Alumnis, pie graviter, ac modeste prodeuntes mirifice decorarunt, et ad finem usq devotionis in Ecclesia Patrum perstiterunt. quorum nomina praeterquam quod sunt scripta in libro vitae, digna sunt, ut et nunc in separato libro, ad posteritatis memoriam ~~scripta~~ notata transmittantur.

Eodem anno Excell. s D. M. Barszcz, Phiae Doct. et Prof. Schola D. MARIAE Senior, obijt: qui testamento reliquit Oratorio pietatis florenos decem, quos ~~et~~ recepit. et alios funiculos margaritarum, qui hucusq non sunt redditi. Pro eo, absolutum est officium Defunctorum in Oratorio ab omnibus simul recitantibus. — Excell. s D. M. Barszius moritur.

Die 7. Septemb. Ano eodem Excell. s D. Mag. Gelasinus diem ultimum in ipso iuventutis flore praeter omnem spem clausit. Illud autem ante eius obitum notabile accidisse testatus est. Adm. R. P. Fr. Simon Paulus Oratorij Pietatis Pater, qui moribundo adstitit; quod dum iam iam agonizare deberet ingemuit valde dolens quod distulerit adimplere votum quod habuit ingrediendi Religionem, optabatq ~~ex~~ summopere concedi sibi tempus poenitentiae agendae, et satisfaciendi huic suo voto. Absolutum est pro illo in Oratorio Defunctorum officium. — Excell. s D. M. Gelasinus moritur.

Mense Novembri Excell. s D. M. Bonko dum ad Universitatem Bielensem pergeret, e vivis excessit. Recitatum est pro eo Officium Defunctorum in Oratorio. — Excell. s D. M. Bonko moritur.

In Festo S. Catharinae Virg. et M. post decantatam solemniter missam à Perillustri et Adm. R. do D. Albertio Lipnicki Cracovien. Wladislavien. Canonicum Doctor. Affect. Sandecien. Praeposito Excell. s D. M. Kubicki Phiae Doct. et Profess. Diet. peroravit. Postmodum Celebrata est electio DD. Officialium. — Electio DD. Officialium in die S. Catharinae V.M.

In eadem Propositum fuit DD. Consiliarijs. An Cancellarius, Vicecancellarius Secretarius maior et Secretarius minor ob quasdam satis convenientes rationes, debeant permanere in suis Officijs, quousq in hac Alma Universitate Cracovien. Studijs vacaverint. Et Conclusum est omnium ferme votis affirmative.

Vesperae celebratae sunt cum Musica, quibus finitis Mag. cus D. Joannes Ostmat Jesuitowski Orationem habuit Tandem solemni processione Devotio terminata est.

Diem Immaculatae Conceptionis B. V. MARIAE post decantatam cum solemni Musica à Per-
Illustri et Adm̃ R. D. Alberto Serebrynski Cracovien. Tarnovien. Canonico Missam. Exc-
cell. D. M. Laurentius Alphonsus Karynski novorum Iurium in Collegio DD. Iurisperitorum
Professor et mane et vespere Excell. D. M. Albertus Zanucki Philosophiae Doct. et Profess. Oratio-
nibus elegantissimis decorarunt: Conclusio cum solemni Processione et Oratorio ad certam
PP. deferendo SSm̃ Sacramentum, celebrata est.

Die eadem Cum ob plurima et urgentia negotia, quibus Adm. R. P. fr. Simon Paulus Lucius
Pater Oratorij pietatis impeditus erat hoc suum officium ulterius continuare nõ posset. in eius locum
Ab Adm. R. Pre Alberto à S. Maria Magda Provinciali Provinciae S. Spûs FF. Carme-
litarũ Discalceatorum subrogatus est. R. P. Vladislaus à S. Stanislao.

Consultatio

Die 21. Decemb. in festo S. Thomae Apli. Habita est consultatio, in qua determinata sunt
aliqua à DD. Consiliarijs. Primo quod semper diebus festis et Dominicis hora determina-
ta et eadem semper inciperet Devotio solita. Scilicet hora septima fieret Sacrum commune
et immediatè post. fieret Exhortatio. idq usq ad festa Paschalia. Propositum
est an Exercitia Spiritualia pro Oratorio Pietatis debeant reimprimi correctis quibusdam quae
videbantur Patri Oratorij Pietatis, responsum est affirmativè, idem determinatum est de Ex-
ercitio Spirituali, et Horis Aeternitatis reimprimendis. De sumptu autem pro impressione
faciendo determinatum est quod quousq non possit aliunde obtinere pecunia, fierent impen-
sae pro impressione ex pecunia si quae est apud Mag. D. Thesaurarius ex Collecta pia.
Item determinatum est quod fierent Sacci vulgo Cappae dicti pro quadragesima: partim ex
uniuscuiusq liberalitate et promptitudine, partim ex Communi Collecta. Item deter-
minatum est ne adeo frequenter Missae cantatae in Oratorio Celebrentur. Sed ad minus se-
xies vel septies in Anno. Scz in Festo S. Catherinae V.M. in festo Immac. Conceptionis B.
V.M. Prima die Nativitatis Dominicae in festo Circumcisionis Dni. Prima die Paschatis
Secunda die Festi Pentecostes, et quando ex Mag. DD. in Oratorio Devotaturis, maio-
ris solemnitatis gratia quispiam id petierit. Alias reliquis solemnitatibus, solum
Missa legi debet, in qua tamen decantabuntur Letaniae B. Virginis, vel aliquid simile cum
Musica.

Festa Natalitia primo die Mag. D. Olesnicki. Secundo Excell. D. M.
Ioannes Nactamovius Cynenski Phiae Doct. et Profess. Tertio Mag. D. Georgius
Bialobor. deniq Mag. D. Martinus Krasicki Orationibus egregijs et Musica
insigniter celebrarunt.

ANNO DÑI. M. DC. XXXVIII.

Diem Festivissimum Circumcisionis Domini festivissima Oratione decoravit
Mag. D. Ioannis Kolmat Dzaikowski praemisso Sacro solemni cũ musica
per Adm. Rndum D. Albertum Serebrynski Cracovien. Tarnovien. Canonicum.
Idem fecerunt plurimi Mag. DD. Studiosi, et nonnulli Excell. DD. Magistri in
solemnioribus Festivitatibus. qui ultro ad id muneris admitti petebant; quilibet pro
fesso suo Oratione cum Musica Dñi, B. Virginis et Sanctorum dies festivos
condecorando.
Sicut diem Epiphaniae Mag. D. Stephanus Grzybowski Castell. Inowlad.
Dominicam infra Octavã Epiphaniae Mag. D. Stephanus Kiszczycki.
Festum Purificationis B. V. Mariae Excell. D. M. Laurentius Alphonsus Karynski
Phiae Doctor. Novorum Iurium in Collegio DD. Iurisperitorum Professor.
Diem D. Casimiri nobilissime ornavit. Mag. D. Casimirus Brodecki Cappn. Jaslen.
Diem S. Joseph. Mag. D. Martinus Krasicki. Cappnus de Dolinczi
Festum Festivissimae Annunciationis Excell. D. M. Laurentius Alphonsus Karynski
Itidem plures alij in diversis Festivitatibus fecere.

Sacci seu Cappae pro disciplina fiunt.

Hoc anno, tempore Quadragesimae, cum ex communi collecta cum concurrentibus
ad id nonnullis, facti sunt Sacci pro disciplina, iuxta modum determinatum. Anno

Dni 1633. die 24 Junij, uti habetur supra fol. 12: ~~[illegible]~~ autem omnes in universum facti sunt N.o 29.

Similiter eodem anno ex Consilio Magnificorum DD. Consiliariorum in Consultatione facta ante Quadragesimam, circa modum celebrandi tempus Sacrum Quadragesimae. Cum enim universi fideles hoc tempore Sacro Quadrag.mae pro viribus, quibusdam specialibus exercitijs singularem suam devotionem erga Dominicam Passionem testentur. Determinatum est ut idem vel magis praestarent Nobiliss. DD. Studiosi Almae Universitatis. Oratorijo Pietatis incorporati qui Pietatem profitentur ut eandem aliquo externo exercitio pio et perseveranti testentur. Devotio tempore Quadragesima in Oratorio Pietatis vesperi instituitur ad experimentum

Quare ad experimentum pro hac devotione elegerunt Diem Dominicum, quo circa horam 22. convenirent omnes ad Oratorium cantaretur per Musicos Passio post modum fieret Exhortatio eaque in memoriam dolorum Virginis Ss.mae cui tanquam Matri fideles et devotos filios decet compati. Quod et factum est toto Quadragesimae tempore summa cum omnium devotione ac aedificatione.

Nihilominus Mag.ci DD. Officiales commiserunt ~~[illegible]~~ Patri Oratorij quatenus procuret apud B.m indulgentias aliquas et confirmationem pro hoc Exercitio, quo magis possint ad hanc devotionem inflammari Mag.ci DD. Studiosi. Et quod sequenti anno fiat consultatio de die quo haec devotio inviolabiliter celebranda sit.

Feria Sexta magna, circiter horam 22. celebrata est Processio solemnissima a Mag.cis DD. Studiosis praecipuis ipsisque Senatorum filijs in Saccis cum intorcijs albis ad diversas Ecclesias occinente Musica Letanias de Ss.mo Nomine IESU prosequentibus processionem in magna frequentia et summa cum populi totius aedificatione Excell.mis DD. Magistris Baccalaureis etc. Qui tandem omnes ultimo ad nostram Ecclesiam circa 24. venerunt, ibique disciplinam fecerunt, quod et aliquoties usque ad primam noctis horam de Oratorio ad Ecclesiam nostram processionaliter prodeuntes praestiterunt. Die Sacro Parasceves vesperi fit Processio in Saccis ad diversas Ecclesias.

Die 24 May feria secunda Pentecostes decantato per Adm. R. D. Albertum Lipnicki Praepositum Sandecen. Cracovien. et Vladislavien. Canonicum Prothonot. Aplicum et facta peroratione a Mag.co D. Damiano Krethowski, celebrata est Electio novorum DD. Officialium. Electio DD. Officialium in Festo Pentecostes.

In Festo D. Joannis Baptistae Sacro solemniter cantato, a Perillustri et Adm. R. D. Gasparo Abola Cracovien. Canonico, egregie et laudabiliter peroravit Ill.mus ac Mag.cus D. Joannes Potocki Palat.di Braclavien. filius. fecit et in Festo Visitationis B.ae V. MARIAE.

Dominica infra Octavam Corporis Xpi Processionem quotannis a PP. Carmelitis Discalceatis per plateam Castrensem fieri solitam cum Venerabili Sacramento, Mag.ci et Excell.mi DD. Confratres Oratorij Pietatis nobilissime decorarunt. Omnes enim quotquot in Alma Universit.e Cracovien. aderant Nobiliss. filij Senatorum et Magnatum summo ordine et modestia cum intorcitijs albis adfuere, quorum famuli et alij DD. Studiosi Saccis induti cum candelis albis et musica processionaliter ~~defendebant~~ comitabantur Imaginem B.ae Virginis pretiosissimis adornatam Clenodijs portantibus eam quatuor Clericis in Dalmaticis et sequente summa multitudine Excell.morum DD. Magistrorum, Baccalaureorum, DD. Studiosorum Almae Universit.is Cracovien. summo eodem ordine modestia, ac populi spectantis aedificatione.

13. July sequenti in Festo S. Margarethae memoriam Inaugurationis vel potius Translationis huius Oratorij solemniter cum Sacro Cantato celebrarunt, et Excell. D. M. Joannis

nes Rachtamovius Cynerski, egregia et erudita oratione eidem solemnitati splendoris plurimum contulit.

Exercitia Spiritualia Oratorii Pietatis iterum imprimuntur.

Eodem anno ad Instantiam Magcorum DD. Confratrum Oratorii Pietatis iterum typis mandata sunt Exercitia Spiritualia eiusdem Oratorii Pietatis Academici sumptibus et impensis mutuo acceptis, ut videre est in Libro Perceptorum et Expensarum.

Festivissimum Natalis Gloriosiss. Virginis diem Excell. D. M. Laurent. Alphonsus Karyński hi- sciuit et diem D. Michaëli Militiae coelestis Principi sacrum matutino quidem tempore idem Excell. D. M. Laurentius Alphonsus Karyński Phil. Doctor in Collegio Jurisperitorum novorum Jurium Professor, horis vero pomeridianis Mag.cus D. Joannes Potocki Palatinides Braclavien. elegantissimis Orationibus Encomiasticis celebrarunt.

S. D. Joannes Pohlewski moritur

Die 13. Novemb. Gnosus D. Joannes Pohlewski Mag.ci Dni Zuppae Inspector, huius Oratorii Confrater Sancto et pio fine quievit; et in Ecclia nostra SS. Michaëlis et Joseph conditus est. Iste ob specialem quam erga Imaginem Deiparae in Oratorio Pietatis Academico sitam, habuit devotionem; omnem supellectilem suam quam penes se habere poterat eidem Virgini SS.mae pro Ornamento Oratorii et Ecclesiae SS. Michaëlis et Joseph obtulit et legavit iuxta testamentum ab eo factum quod asservatur in archivio Oratorii Pietatis. Ex ~~hac~~ pecunia ~~quae~~ parte

Crux ad oratorium emitur.

qua pro rebus his venditis accepta est, Pr. Oratorii cum consensu DD. Officialium Maiorum pro decori et usu Oratorii eiusd. comparavit Crucem ex hebano affabre factam hinc inde argento, et partibus inauratis adornatam, pro qua expendit fl. 55. Ex alia vero pecuniae parte, cum consensu eorund. DD. Officialium, partem debitorum persolvit Pater Oratorii, quae contraxit pro impressione Exercitiorum Spiritualium; hoc tamen pecunia restituenda est Archivio Oratorii, ex divendendis ijsd. Exercitijs, iuxta

Electio DD. Officialium in Festo D. Catharinae V. M.

In Festo D. Catharinae V. et M. Singularis huius Almae Universit. Patronae, insignis devotio in Oratorio hoc celebrata est tota die cum Expositione SS.mi Sacrti, et summa Excell.morum DD. Magistrorum ac Mag.corum DD. Studiosorum frequentia; Matutino tempore celebratis per quendam Religiosum huius Sacri Ordinis B. Carmelitarum Discalceatorum primitijs. Ill.mus ac Mag.cus D. Potocki Palatinides Braclavien. summa cum laude et auditorum applausu peroravit in laudem Divae Virginis et Martyris. Postmodum celebrata est Electio DD. Officialium, prout latius descripta iacet in Libris Electionum. Praesidente Adm. Rndo. et Excell.mo D. Jacobo ~~...~~ Piotrowicki Philosophiae Doctore et Professore Collegii maioris Eloquentiae Publicae Professore, Canonico S. Annae. Post vesperinas horas decantatas solemniter Mag.cus D. Grzymałkowski elegantissime et cum magno auscultantium gustu, Divae Catharinae encomia celebravit. Postmodum solenni processione et magno Nobilissimorum DD. Studiosorum et Professorum concursu omnibus cum luminis accensis praecedentibus et ~~...~~ comitantibus SS.mum Sacramentum ad Ecclesiam SS. Michaëlis et Joseph deduxerunt.

Festum D. Andreae Apti, huius nominis haeres et virtutum, Excell.s D. Mag. Andreas Lipnicius Phil. Doctor et Professor, festivissima Oratione cum musica adornavit; huic et diem D. Nicolao sacrum Excell.s D. M. Nicolaus Fabricius Phil. Doctor, oratione sua eleganti celebravit.

Consultio

Die 12. Decembris. Habita est Consultio a Mag.cis et Excell.mis DD. Officialibus maioribus; in qua determinarunt quaedam concernentia bonum Ordinem huius Oratorii Pietatis.

Primo determinarunt Crucem ex hebano hinc inde argento et lapidibus Bohemicis ornatam emendam esse pro pecunia, quae ~~...~~ obvenit Oratorio ex divenditis rebus testamento relictis Oratorio Pietatis a bonae memoriae Gnoso D. Joanne Pohlewski.

2do determinarunt Contributionem faciendam pro necessitatibus et ornamento Oratorii

Dius: et petierunt ab Excell^mo D. Mag^ro D. Dąbrowski, hoc munus colligendi et reci-
piendi ea quae collata fuerint, susceperit adscito sibi in socium Adm. R.D. Rzepulowski aut
aliquo alio ex numero Excell^morum DD. Magistrorum: quod ad exequendum se libent^me
obtulit et fidelissime executus est.

Tertio Ex communi consensu determinarunt, debita pro impressione et typo
Exercitiorum Spiritualium Oratorij Pietatis contracta, interea solvenda esse ex pecu-
nia quocunque modo Oratorij Pietatis obveniente sive ex Contributione sive ex
divenditione rerum testamento relictarum à Gnoso D. Joanne Pokorowski; ita
tamen, quod pecunia quod illa pecunia quae successu temporis pro Exercitijs
Spiritualibus divenditis accipiatur, restituatur Oratorio, et in eius usum ac or-
natum convertatur.

Quarto. Commiserunt Praelati Oratorij, ut in levioris momenti rebus concernen-
tibus ordinem Oratorij vel modum Exercitiorum possit aliquando solum cum Excell^mo
Dno Praeside Oratorij et Vicario Praesidentis, et si quis alius aderit, pro bene ex
Excell^mis DD. Promotoribus et cum Mag^co D. Cancellario aut alio Supremo Of-
ficiali conferre et decidere ac determinare. Ne frequentes consultationis ge-
nerent aliquam molestiam Mag^cis et Excell^mis DD. Officialibus Maioribus.

Quinto Ad revidendum Registrum perceptarum et Expensarum, et faciendum
computum subscribendoque nomina sua eidem Registro, assignati sunt. Excell^s D.
M. Thanski Phiae Doctor et Ord^s Geometriae Professor; Excell^s D.M. Chri-
stophorus Tilkowski Phiae Doct. et Prof. Mag^cus D. Felix Paryz. et Mag^cus
D. Damianus Kwetkowski.

Sexto determinarunt comparandum esse unum librum: in quo inscribantur
omnes Orationes à Mag^cis et Excell^mis DD. in Oratorio Pietatis fieri solitas di-
ebus Anni solemnioribus; simul cum inscriptione propriorum Nominum DD Ora-
torum quibus libuerit. Similiter ordinarunt, ut in uno libro inscri-
bantur Nomina defunctorum Benefactorum huius Oratorij et eorum qui erant
incorporati huic Oratorio: Et haec quolibet anno in die Commemorationis
Omnium defunctorum debent legi.

Liber Orationum comparari decrevit.

Septimo Ne fiant ut inconvenientia et confusio atque tanta irreverentia SS.
Patronorum qui pro quolibet mense dantur, determinarunt Patronos mensis dis-
tribuendos esse à tribus vel duobus Excell^mis DD. Magistris, omnibus alijs quie-
te ac modeste in suo loco sedentibus, et reverenter accipientibus; et statim
ad hoc munus electi sunt. Excell^s D. Mag. Matthias Krasnicki Phiae
Doct et Prof. Collega Minor. et Excell^s D.M. Christophorus Bemowicz Phiae
Doct et Prof.

Octavo. Ex communi consensu determinarunt diligenter esse observand
illam Ordinationem quae facta est supra Anno Dni 1632. Ut nimirum illi
DD. Officiales qui ex mera negligentia et sine ulla necessitate se absentant ab
Oratorio si semel ad minus in Mense non adfuerint vel nunquam comparue-
rint censendi sint renunciare huic Officio, nisi iustum impedimentum allegaue-

vint, ita ut in sequenti electione votum decisivum nō habeant; uti determinatum est supra fol. 8.

Hoc autem aduertent diligenter. Excell.t D. Praesidens et Excell.t D. Vicarius Praesidens.

Vltimò cum Instructionibus ~~non~~ supra fol. 5. Anno Dni 1631 praescriptis pro DD. Offici:alibus, desint Instructiones pro nonnullis DD. Officialibus: scilicet pro DD. Cancellario ViceCancellario, Secretario Magno. Secretario Minori. Thesaurario. Marschalco. ideò in praesenti Consultatione munera et officia unicuiq; ex praefatis DD. Officialibus praescripserunt, et approbarunt. tenore sequenti.

Cancellarius.

